



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



ANTONII PHILOTHEI  
DE HOMODEIS SICVLTI,  
AE TN AE TOPOGRAPHIA,  
Incendiorumque Atnæorum Historia.

PER R. D. NICOLAVM ODDVM PATAVINVM  
in lucem edita, & à quamplurimis, quibus paſſim scripto-  
rum incuria ſcatabat, erroribus expurgata,

Indiceque, nec non marginibus locupletata.

Ad Illuftriſ. Comitem, D. Io ANNEM tertium de Vintimillibue,  
Hieracensium Marchionem.



VENETIIS, Muschius Excudebat: M D XCI.





ILLVSTRISS. D.  
Ioanni de Vintimilibus,  
HIERACENSIVM MARCHIONI,  
DOMINO SVO.

D. Nicolaus Oddus Patavinus, S.



NGRATI animi vitium longè  
omnium teterimum (Prin-  
ceps Illustriss.) quantum ab  
horreant, quantumque dete-  
stentur homines, vel ex hoc  
facile dignosci potest, ut qui  
huiuscemodi vitio laborat,  
vitam fœdissimam, ac miserrimam degere sibi  
ipsis videantur. Quotus enim quisque est qui  
aliter sentiat? Publica nihilosecius hominum  
querela est, paucissimos esse qui de bene meren-  
tibus, non inuicem pessime mereantur. Omise-

† 2 ra

ra horum hominum conditio . O vitium Deo,  
hominibusque exosum . Nam si natura insi-  
tum est, homines ut hominibus Dij sint, etiam  
si nulla intercedant officia , quas gratias Princi-  
pibus de nobis bene meritis , (vt par est) habe-  
bimus? agemusue, si minus referre poterimus ?  
Illud proprium brutorum est, fructum arboris  
sub arbore vesci, nec ad arborem (vt potè fru-  
ctuum dominam).vnquam oculos eligere. Ho-  
rum ego nescio an dicam hominum , seu bru-  
torum detestabilem, ac funestam pestem à tene-  
ris annis abhorrens, eius semper fui voluntatis,  
vt si daretur occasio , partem aliquam assequen-  
ter aliorum in me meritorum , sin minus , qui-  
bus verbis possem, ostenderem me cum memo-  
rem beneficiorum, tum non ingratum virum.  
Cum igitur maxima , Sole clariora , omnibus-  
que nota extent in me tua non dicam officia, &  
beneficia, sed merita; ne detestabili ingratitudi-  
ni vitio in hominum cœtu contabescere com-  
pellar ; quotidie apud me metipsum cogito ,  
quod nam potissimum tibi gratum famulatum  
præstare possim ; quodque saltem signum cla-  
rum omnibus darem , & grati mei animi , &  
meæ in te perpetuæ obseruantiaz : tibi enim tan-  
tum debere existimo , quantum persoluere tibi  
præcipue Principi magnanimo difficile esset ;  
& cum

& cum per hōe tempus nullum ingenij mei fru-  
ctum tibi degustandum præbere possim , (qui  
propediem luci impertinentur.) Hanc.Ætnæ To-  
pographiam Philothei Homodei Siculi, homi-  
nis meo quidem iudicio in conscribendis Histo-  
rijs non vulgaris , nominis tui splendore præ-  
fulgentem in lucem prodire curaui , vt sciant  
homines, te meum Dominum, ac Mecænatem  
vnicum esse ; cui quantum possum , iure meri-  
to debeo . Quam Topographiam tuο adscripsi  
mus nomini , quippe quod non parum præsta-  
bit illi authoritatis, & gratiæ . Hoc igitur qua-  
leculque fuerit opusculum sub faustissimis au-  
spicijs tuis euulgandum esse censui, cumque res  
sit Historica , & delectabilis , fore non dubito  
quin tibi Principi huiuscmodi studijs incum-  
benti periucunda futura sit . Tibi igitur prima-  
rio Siciliæ Principi, primarij Ætnæ Siciliæ Mont-  
is Topographiam iure debui nuncupare: quod  
si exiguum erit hoc seruitutis meæ monumen-  
tum , faxit Deus, vt animum non exiguum a-  
gnoscas . Vale Principum decus : meque (vt fa-  
cis) amæ .

Perusij, Calend. Septembris, M D X C.

SONETTO  
DI D. NICOLO  
DE GLI ODDI,

In lode dell'Autore.



**C**HIVNQVE brama d'Etna al sommo Monte  
Gir hor poggiano, e'l suo scosceso, ed erto  
Dorso calcar, e'l calle obliquo, e'ncerto  
Segnar, e calpestar l'horrida fronte;  
Te Duce ò Filoteo voli, e sormonte,  
Che il dubio dianzi, e fanoloso, aperto  
Giogo vedrà, dicenere hor coperto,  
Ch'il Ciel par arda, ed orgoglioso affronte:  
Vedrà ch'ei pur sul dorso alto sostiene  
Le brine, e'l gielo, e dentro hà fiamma internaz;  
Gielo di fuori, e fuoco entro le vene:  
Vedrà le chiome (e pur il cor non verna)  
D'algente neue, e freddo giel ripiene;  
O gran segreti de la mente eterna.



## EPIGRAMMA.

ÆTN A furit, flammis resonant ardentibus antra,  
Discissum interdum perstrepit igne solum.  
Hinc oculis procul apparet cum lumine tellus,  
Auribus & capitur Trinacriæ fremitus;  
Igne Ceres sine, sic poterat disquirere natam,  
Et teda incensæ parcere luminibus.  
At metuit nimbos atra caligine mistos,  
Quos ruetat fumos, & vomere Ætna solet.  
Umbrososque sinus, lucos, spelæa ferarum,  
Ætnæos ignes, ignibus alma petens.  
Sic liber hic claris collucens ignibus Ætnæ,  
Et de scribentis lumine lumen habens.  
Inuenies lucos, saltus, tenebrosaque lustra;  
Umbrosæ valles, & nemora alta patent.  
Nil tamen offendes obscurum, aut nubibus atrum,  
Scribentis lumen discutit ingenij.  
Atrum namque quid esse potest ubi montibus ignes  
Lucent? atque niuis candida bruma nitet?  
Mons splendet, liber hic elegans præfulget ubique,  
Nam doctrinæ de lumine, lumen habet.  
Lux nitet, hic doctrinæ fulget lumen, & Ætnæ;  
Præstringitque oculi candida nix aciem.  
Ne metuas atri hic aliquid, vel cernere fusi;  
Ignem ubi commixtum repperies niuibis.  
Parce ignes, tedasque nitenti inferre libello:  
Nam Clarius clarè scribere sic docuit.

Τὲ αὐτῷ.

Αἴτια πυρὸς ρύακας φερβάλλυστοί εἰναι οὐτός  
δεῖχνυσιν ἵντεν θεού κλάσιος ἡ ἡγετούχει.

Νῆσον ἐπανυάζει φλόγας ἡδύτε λαμπάδας αἵρει,  
ἐκδέχεται δέξεος φῶς ἔτι καὶ πεδίου.

Αλλ' ὁ γράφων χώρας αὐτοὺς, καὶ ἔρει δῶκεν,  
καὶ πυρὶ φῶς μάλα, καὶ τόσον μὲν ἀπειρέσιον.

Εμφαίνων χλοερύς τε τοπες χραναόντε κάρπεον,  
τῶν φεριναιαόντων ἡ θεα φῦλα τρόπους.

Βιβλίοι ἐν λάμπει σίλβον τόχες πλεῖστοι ἀσάντω  
ἔρει καὶ πυρὶ φῶς αἰδίον παρέχον.





ANTONII PHILOTHEI  
DE HOMODEIS  
S I C V L I.

AETNAE TOPOGRAPHIA.



ORRENDVM sancè spectaculum,  
nec modica admiratione mistum  
existit , Aetnam niuibus can-  
dentem, flamarum globos pro-  
rumpentem, igniumque proflu-  
via, que cunctos ferè agros de-  
turbanter adiacentes, euomentem  
cvidere; & ingentibus denique strepitibus, ac terremo-  
ribus totam penè Siciliam concutientem audire. Illudq;   
longe admirabilius plerisque vixum est, quod in tanta  
feruentis naturæ peruvacia, mistas ignibus niues pro-  
fert, perinde ac contra ius omne, si nix cum igne simul  
intra montis viscera nutritur: quodque inuidia in  
viroque naturæ violentia, nec calor in ea gelu mitiga-  
tur,

tur, nec glacies Aetneo calore dissoluitur. Verum enim uero delectabilius esse reor, Aetna situm, locorum distantias, incendia, & alia memorata haud indigna legendō pernoscere, quam suas furentes incendiorum eruētationes p̄ oculis habere. Hinc igitur euem̄, quod, cum s̄ape nos montis oras perscrutarem̄, & diu mentis ardor nos tenuisset Trinacriæ Chorographiam, ac Regum, & Siculorum historias ex approbatis authoribus in unum compilare, idque plurimis librorum voluminibus, ad nostrum tandem optatum, annuente Deo, perduceremus; venit in mentem, ex illis Aetna Topographiam, eiusque incendiorum historiam excerpere. Quippe quod montem ipsum, quo magis incendijs, & tota sui qualitate, atque uenustate conspicuus, & mirus existit; eo curiosius cognosci à nonnullis optari nobis innotuit, quamquam de eo non pauci scripserint, ut tot pr̄termis voluminibus, Aetnam breuissima profecto lectione mirari quodammodo, & perscrutari commodius valeant. Res est enim historica, delectabilis, & periucunda.

Etnæ M̄s.

Aetna igitur Siciliæ mons notissimus, situ sane, forma, magnitudine, & feracitate, atque incendijs, & amanitatem mirus, demumque tota sui qualitate, ac uenustate conspicuus, sibi unī, absque montis alterius coniugio, constans, nomen istud ab incendijs perpetuo in eo durantibus fortitus est. unde nos montem ipsum aliquentem sic induximus.

Dum

Dum mea perpetuis exardent viscera flammis,  
Opprimit exurens extera membra gelu.

Hinc igitur quoniam resplendens, semper & ardens  
His videor, sumpsi nomen, & Aetna vocor.

Vel (ut Poetarum fabule testantur) ab Aetna Iouis  
amica, Palicorum genitrice, de quibus satis Diodorus  
Siculus Argyrinus x i. sue Bibliotheca libro differit,  
montis huius numine reputata, ut author est Pin-  
darus referente Zaroto in Ouid. Ibum;

Aut ut Trinacrius salias super ora Gigantis,  
Plurima qua flamas Sicanis Aetna vomit.

Et Castor afferente Domitio in Saphone;

Arua Phaon celebrat vicina Typhoidos Aetne,  
Me calor Aetnae non minor igne tenet.

Cuius filium Lucius quidam temporibus Tiberij se  
professus, finitima queque loca latrocinij infestans, ca-  
ptus, & Romam ductus, sui facinoris pœnas dedit.

Lucius feci  
se filium Aet-  
nae.

Lucij Mors

Quinimo propter sui ipsius amoenitatem, miramque  
speciem, mons ipse à pulchritudine, Mons bellus dictus  
est; quem vulgares vocabuli corruptione, Mongibellum  
vocarunt. Quamquam os in celum ponere non es-  
set, Mongibellum asseuerare à Vulcano, cui sacer erat;  
ibi cum Cycloibus ferri fabricam, à se inuentam exer-  
cente (ob quod Mulciber à molliendo ferro dictus est)  
nomen sumpsisse; quasi Mulciberum nuncupatum, at-  
que literarum immutatione fuisse Muncibellum, & ma-  
gis corruptè Mungibellum vulgariter nomenclatum.

Mons bellu-

Mongibelli  
nomen.  
Vulcanus  
Mulciber.

## A 2 Situs

Etnæ situs.

Etnæ longi-  
tudo & lati-  
tudo.

Geometricū  
passum intel-  
lige.

Sicilia pyra-  
midalis.

Enna oppi-  
dum Castro-  
ianni.

Cereris tem-  
plum.

Etnæ fines.

Teria flu-  
nius.

*Situs autem eius in terræ globo, nostroque superiori hemisphero (ad Ptolomæi sententiam) longitudinis triginta nouem, latitudinis vero triginta octo graduum existit. Sed in Trinacriæ insula extollitur in altum, in extrema illius parte, ad ortum vergente, inter promontoria Pelorum, cui propior est, & Pachinnum, vix à mari mille passuum intervallo in calcibus distans; quo suis saepe Charybdis vorticibus se extendit: In ipsius insula basi consistens. Trinacris enim (ut Strabo in VI. & res ipsa indicat) tribus distincta Promontorij, de quibus in nostra Trinacria illustrata latissime dictum est, ex Peloro, & Pachinno basim formantibus, ab ortu in Lilibenum ad occasum, in pyramidem ferè proteditur. Et si nonnullos Triquetra in medio montem hunc constituisse nos non lateat, nominis vicinitate seductos montis alterius, qui Enna dicitur: ubi eiusdem nominis oppidum (Castroianum hodie à Siculis nuncupatum) & Cereris templum erat vetustissimum, à Romanis religiosissime obseruatum, ut author est Cicero in Ver. VI. veteresque historici.*

*Ab Oriente itaque pro finibus Siculum, sive Ioniam mare, Catinamque ciuitatem in pedibus habet, à Meridie vero Catinenses, & Centuripinos olim, Zoticęque tangit campos, Teria interfluente fluvio, qui summis ex Grassetta montibus supra Maniacij cenobium decem ferè millia passuum interstitio, ab Randatio distans, Occidentem versus, parvulis incipiens fontibus, in pelagum*

lagum non longè à Catina defluens, Larretta Catania (hoc est Scaphæ) qua traiçitur, nomen sibi mutauit ab accolis. Ab Occidente autem Adranum vetustissimum oppidum (Adernò Siculis) Brontemque villam confouet. Sed à Septentrione Triatum, Randatium hodie, nobile oppidum, & Cæsaris beneficio ciuitatem, atque inter saxa sonantem, perpetuumque amnem, lata planorum hinc inde inumbratum fronde, Cantaram (Ac cesinæ Plinio) in calcibus sibi vendicat, vallemque format. Montis denique figura pyramidalis in orbem centrum ferè millia passuum ambitu in pedibus circundecta, Catinam ciuitatem (ut diximus) Valcurrentem pagum, Sanctæ Anastasie Mottam, Paternionem, Adranum, Brontem pagum, Triatum, Castrum leonum (cliuulo intermedio) Linguagrossam, Oppidas Mascaras, lacim, & eius, Catineque pagos, periucundi quidem, & re ipsa florentissimi aspectus, continet, loca planè arboribus tum domesticis, tum omnium fructuum genere omistis, consita; ubi Campi Ætnæ omnium ferè armentorum, pecorumque generis feracissimi, frugum quoque, & fontium in amenissimis circumquaque locis, frigidissimarum penè, ac dulcium aquarum uberrimi passim, abundeque visuntur.

Sed mons ipse, ut pyramidatus in fastigium se extendens, ascensum triginta circiter millia passuum ad plus habet, diuertentibus iter diuerticulis non paucis insinuosis, & cliuulis quibusdam, tum in radicibus,

Campi Ætnæ.

Altitudo  
Ætnæ.

Larretta Ca  
tanæ.

Adranum.

Adernio.

Brontes.

Triatum.

Randatium.

Platani.

Catara Ace  
fines.

Ætnæ ambi  
tus.

*Arbores Et  
Resinæ.  
Teda.*  
*tum ad medium usque montis plagam , arboribus , to-  
phisque , atque saxis refertam . Que & si formidolo-  
sa aliquantis per ascendentium oculis uideatur , ut suo  
loco dicetur , arborum tamen multijuga specie , tum  
fagorum , tum crrorum , tum etiam quercuum glan-  
diferarum , ad umbras , & animantium pinguedinem  
valentium ; mira earum proceritate lucum quidem ut  
pote sacrum representantium , perambulantium ani-  
mi , procerasque pinus mirari non desinentium oculi ma-  
xime delectantur . Ex quibus (optimam ultra resinam ,  
ex arbore tenacem guttatum defluentem , & in eadem  
residentem humorem ) multimoda cunctis utilitas pa-  
ratur animantibus . Ex Pinu namque arbore , Teda  
(qua ad lumen vicini accolæ affatim perutuntur , ad  
Cereris imitationem , cui sacra dicitur , Vnde Naso  
in Faſt .*

*Alta iacet vasti super ora Typhoeos Aetna ,*

*Cuius anhelatis ignibus ardet humus .*

*Illic accedit geminas pro lampade Pinus ,*

*Hinc Cereris sacris nunc quoque teda datur .)*

*Terebenthina .*  
*pinguior scilicet prima Pinus Cortex , parum incisa  
bipenni , medicum quidem illum , diuinum penè liquo-  
rem , laudatissimum resinae genus , Terebenthinam appel-  
latum , guttatum affluenter emittit ; illi haud dissimilem ,  
quem à Terebintho mellis colore , Cypria , aut Siriaca di-  
stillare Plinius asserit . At frustatim concisa Teda , fur-  
vis undique extra circundatis igne , adeo feruet , ut su-  
dor*

dor aquæ modo canali defluens, in varias Picis species conuertatur, cum ad animalium medicamina, tum etiam ad nautigantium utilissimum usum. Sed quid de montis berbarum diuersitate, & affluentia, suis semper floribus suauissimi admodum odoris redolentium dicam? Hic enim uero in sex ferè menses perpetuum continua-  
tur periuicundum ver. Hic non Iunius suo solstitio, non Quintilis sua canicula, nec Sextilis, quo cuncta arescunt, menses unquam dignoscuntur. Sed hic semper Mars, semper Aprilis, & Maius viresentibus agris, syluisque frondentibus, spectantium oculis se-  
se offerunt: & ni altera anni pars in biemem maximas ob niues ibidem abunde, latèque ningentes consisteret, illam inquam à Tritone fluvio cinctam insulam cæteris feliciorem, pro Nysi Amaltheæ educatione, ab Ammo-  
ne (ut quarto rerum antiquarum testatur Diodorus) selectam, amenitatem quippe sua manifestius antecelleret.

Amenitas  
Ætnæ.

In supremo itaque montis vertice, anno circiter sesquimillesimo trigesimo tertio, quo ego ipse alijs comi-  
tatus amicis, visendi illius apicem studio accessi, tu-  
mulus erat pumicibus, arenisque permixtus, inира-  
midem penè orbicularem in altum erectus, altitudinis duum ut pote millia passuum; cuius cacumen quadra-  
ginta ferè pedum spatio circulariter terminabatur. Qui in sua ipsius basi, qua prominabatur in fastigium, mille circiter passuum ambitum continebat: libentiusque à no-  
bis per ambitum pedibus calcabatur solum, quod in pla-  
niciem

Insula deli-  
ciarum.

Apex Ætnæ.

niciem quodammodo non magna latitudinis firmabatur. Habebat Tumulus iste iuxta verticem, ubi (ut videntes existimabamus) maximus olim fuerat Crater, qui longa montis exhalatione illa quippe ignea, sulphureaque materia, atque fragosa, obstructo ore, nimis abbreviabatur, foramen quoddam humani ut pote capitis capax; quo exilis effundebatur sulfurei odoris fumiculus, parum aut nihil praeter odorem, offendens: congebat nihil secius manū, vel aliud forsitan corporis membrum in illud immissum, sudoribus statim humectari, veluti si hypocastio, thermisue, aut in vaporarijs, sudatorijsque locis existaret. Cuius ex Apice, totam penè Trinacriam, cuius termini longe minores hinc esse apparabant, quam essent, longioresque protractus pro hominum visus potentia, contemplari licebat. Quin uero et Brutiorum ora, nedum Catinensis, et Tauromitana, circumque adiacentes campi, et aquor ita nobis sub fronte iacebant, ut eò posse nos penè lapides traiçere existimaremus. At enim uero horrendis, maximisque ingruentibus postea Aetnae incendijs, anno salutis nostræ M D XXXVI. ad Martij decimum Calendarum, fastigium illud ad duo circiter millia passuum depresso corruit. Quandoquidem una eademque diei ad solis occasum hora, me apud Catinam clarissimam Siciliæ ciuitatem, literarum disciplinis incumbente, horrens adeo terremotus, ingensque tonitru mortalium animos suo concussit strepitu, perinde ac uniuersus si terre globus,

ne

Crater ve-  
tustus.Prospectus  
ex Aetna.

Incendia.

Aetna depres-  
sio.  
Catina.Terremo-  
tus.

ne insula ipsa quidem, terra debidente corrueret, inque  
sua seorsum elementa rediret. Mox vero mortalium  
mentes, ubi rei inexpectato horrore, attonite respiran-  
tes, aliquantum constitere, Sole nostrum iam hemisphē-  
rium maximis obductum umbris relinquentे, ingens,  
sed atra, subrubraque visu est insurgere nubes, in aera  
tendens, (at fumus erat) ea, qua tonitruum regione au-  
ditum fuerat: Extemploque crassiores ex Etna vi-  
dimus insurgere flamas, ingentesque illarum globos  
per aera volantes, nullis (ut videbatur) mortaliū  
parfusos. Quod fermè comprobare re ipsa manifestius  
cognoscetur, id, quod Maro Eneid. 3. veribus sup-  
positis palam cecinite compertum habemus.

Portus ab accessu ventorum immotus, & ingens  
ipse, sed horrificis iuxta tonat Etna ruinis:  
Interdumque atram prorumpit ad ethera nubem  
Turbine fumantem piceo, & candente fauilla:  
Attollitque globos flamarum, & sydera lambit.  
Interdum scopulos, auulsaque viscera montis  
Erigit eructans, liquefactaque saxa sub auras  
Cum gemitu glomerat, fundoque exstuat imo:  
Sed cum centesimus planè esset annus elapsus, quo  
Etna visa non fuerant incendia, nec qui illa viderit  
tunc in humanis ageret, atque maioribus Etnæ incen-  
dia soribentibus minime credoretur, quisque, sed &  
plebs potissimum, que Etnam craterem ignibus exha-  
tantem, Os sancte inferni esse censebat, mortem sub flam-

Etna Os  
ferni cens-  
tur.

B mis,

mis; certe certius cum ceteris se subiturum aſſuerabat. Præsentibus itaque calamitatibus, nemo ex tanta ciuitatis turbare repertus est, mas, ſine fœmina, ſenex, vel iuuenis ſine adoleſcens, liber aut ſeruus, quinetiam pueri, ac moniales Deo velatae, clauſtrisque obſeratae; qui, queue nocte illa, ſub flammis penè, per ciuitatis compita procurrentes, in Diuæ Agathæ templum (hoc erat curbis primarium) ad ſalutem indagandam, non ſe turmatim reciperenſt, indeque longo patrum, cæterorumque ordine, corporibus etiam pube tenus, aut pedibus ſaltē denudatis (quorum unus ipſe fui) ad miraculis clarum D'ſipare Virgini Mariae Carmelitarum Cenobium, Annunciatæ ſacrum extra ciuitatis muros, poſt Stesichori portam (laciſ bodie) fundatum, maxima cum ueneratione, religioſeque non accederent, ſua, ut poterant, conſiſtentes peccata, ac Deo Optimo Maximo animas commendantes. Idque magis quodd effet dies ille octauus, ante lucem Canæ Domini nostri Iefu Christi, iouis ſcilicet, ante resurrectionis ſacratiſſimum Paſſatis diem festum. Quo factum eſt, ut inimicorum inter ſe multitudo, priuatis explosis odijs, vetuſtisque inimicitijſ poſthabitis, in veram, tunanimemque concordiam, & pacem rectam coiret, ſuadente præſertim Stephano Bolano, Prædicatorum ordinis Dominicano, Theologo non utique ſpernendo, ſumma exemplo, ♂ verbo religionis viro: ac Nicolao Nicofienſi, Minorum ordinis Franciſcano: Euius id tunc munus erat, verbum

Catinchum  
timor.Porta Scti-  
chori.Dies incen-  
dij.Stephanus  
Theologus  
eximius.Nicolaus Ni-  
coſinus.

bum populo Catinensi Euangelicum concionandi: Cuius etiam persuasione, pia opera quamplurima ad Christi gloriam, optimum sunt fortita effectum. Aetna interea flamas, & liquefacta saxa euomente, iuxta Virgiliatum illud Georgic. primo.

Vidimus undantem ruptis fornacibus Aetnam,  
Flammarumq; globos, liquefacta q; uoluere saxa.

Nec tamen interdum cessabatur lamentis, pijs vocibus, & populi gemitibus, caliginosum etherē repleri, repercussumque tristes remittere voces, horrorem cunctis incutientes, ad Maronis illud verè Aeneid. 4.

Spumantem, sparsaque manus, it clamor ad alta  
Atria, concussam bacchatur fama per urbem,  
Lamentis, gemituque, & fæmineo vulnato  
Tecta fremunt; resonat magnis plangoribus ether;  
Non aliter, quam si immisis ruat hostibus omnis  
Carthago, aut antiqua Tyros, flammæque furentes  
Culmina per que hominū uoluantur, per que Deorum.

Nocte denique transacta, que flamas sua tenebrarum densitate, ardenteres mortalibus ostentauerat; uisus est iuxta Aetnam aer longa, atraque caligine, ac suburenti, veluti ex camino exiliente, non intermissa usque vaporum exhalatione, per longum tractum obductus piceo fumo; campique cinere referti. Durante per ciuitatem interea, & finitima oppida, pagosque Aetnos, terræmotu non modici terroris. Et domus ita confusa usque adeo quassabantur, ut debiscentibus rima-

tina etiam lapidibus, certam ex terris minarentur Siculis ruinana. Que de re, non pauci sub tentacis in pratis cohabitantes, mortem sub edificiorum ruinis operere (ut plerisque contigit) effugere: idque in plurimos protensum est dies, insula trecenta.

Primo itaque incendiū batusse fragore, in montis vertice duo sunt apertū crateres: Quorum alter & si antea altiore supra se haberet tumulum, depressior tamē nunc videatur; isque maximus ille est, de quo infra verba serio faciemus. Alter vero, qui ad Euronotum Catinam versus, in montis tumulo, qui prius depressior erat, apertus ob ingentem maioris fastigij ruinam, altior nunc quodammodo conspicitur. Qui veluti duas inter rupes, gemina hinc inde sponda, tophis, arenisque referta, in vallecula quadam, viginti fermè passuum magnitudinis consistet; replentibus eum ingentibus sulphurei viroris lapidibus, salebrisue, quibus obtusus est, unde prorumpente incendio, flammis urgentibus, fluius igneus, cœl liquefacti metalli, rapto quidem fluxu descendebat ad ima, totas pene delambens eius regionis oras: cuius namque ignita materies, sola aeris temperie, in duriores, nigerrimosque lapides congelabatur, illorum instant, qui Roma per viarum strata passim visuntur, sed porosiores, ac fragiles sanè, evanuantibus illos flammis, qui longo post tempore (ut experientia indicat) in aridissimam conuertuntur arenam. Qui lapides (ut ita dixerim) maximo vento rum

Crater ad  
Euronotū.

Iuvius  
gneus.

Enei incen-  
lij materia.

rum impetu, ex fornaci crepidine, & exhalationis u,  
 quæ semper non est eadem, (non enim continuato fluore,  
 sed per intermissiones exhalationis ipsius spiritus, eructat  
 mons confluentiam illam) defluentes, ac per aera uolantes  
 emissa, in terram ubi cederint, pro loci qualitate, ag-  
 gregati simul veluti in saxorum flumen ignitorum con-  
 uersi, fragosas, præemptasque rupes prætertubentes,  
 fragore, ac murmure quodam præcipitante per montis  
 declivia, omnia deuastantes, descendebant: ita ut Cata-  
 neos summo defluens furore hic igneus amnis in agros,  
 suo impetu, multa uicta, multosque coadiacentium pa-  
 gorum hortas, (Candobij præsertim Diui Nicolai de Are-  
 nis, in montis radicibus existentis) funditus eruérunt:  
 glareaque illa amenissimos quoque campos, tophis etiam  
 impleuerit, non modico cohabitantium dispendio. Tum  
 vero pericundum Mompileri pagus, ac villam deni-  
 que nostris præ oculis Nicolosi nomenclatam, corridenti-  
 bus incolarum tectis, ad nihilum penè reduxit: Agrum  
 etiam (is in planiciem ferè distendebatur) Diui Leonis  
 nuncupatum, Diuique facellum (à quo nomen locus for-  
 titus fuerat) funditus euertens, arbores quoque an-  
 nosas queruolum, alteriusque speciei radicibus extirpa-  
 bat. Hac ignis confluentes seu ferri spuma concreta, &  
 in saxa (ut dictum est) conuersa, per declivia præcipi-  
 tam præterlabens, ubi in concava, aliaque impedimen-  
 ta peruenerat, eatenus ibi contrahebat moram, quous-  
 que alijs descendantibus riuis, profluwie illa repletur,  
 que

Loca combu-  
 sta incendio  
 Aetno.

Mompileri  
 pagus ruit.  
 Nicolosi vil-  
 la ruit.

Cursus in-  
 cendij.

que non superfluens, sed circum priore sepe fluente in-  
sinuans, cursum sibi querebat: quo fierat, tumultus è  
radibus quibusvis fortem arboribus, & solo coequatis  
fossis, & valleculis (si que erant) inferius profluuium  
illud proflueret. At ubi tandem per malorum milia  
passuum Catinam versus decursum est, Catinenes, ca-  
terique Etnae turmatim coentes, nimio pre terrore,  
contra ignis profluuium iter deuotè faciunt: Canonis  
(quorum ut pote Vexillarius Bartholomeus Monsonus,  
vir sane probata vita) Diuine Agathæ martyris defe-  
rentibus velum, quod grimpiam Diuine Agathæ ipsi no-  
cant: quippe quod in sepulchro eiusdem repertum est.

olo-  
Mon-  
defect  
S. A-  
pia Di  
gathæ.  
ulum.

Verum enimuero, quo in loco ita religiosè peruenit  
est (mirum quidem, & solius Dei Opt. Max. volum-  
tate, intercedente pro patria, Virgine Agatha) eatora  
ignis congeries, cunctos campos vastatura, nec ciuitati  
intra muros parsura quidem, ni resedisset, ad sanctissi-  
ma Crucis signum, velo illo factum, constitut, adeoque  
refixit, ut pedibus etiam nudis (ut ipsi uidimus) de-  
super illesis deambularetur. Quis nam mortalium uo-  
latus? Quis prælatitia lachrymas, vul-  
etheram sublatos referre posset? Testor equidem, atre-  
ficiens coruebam in terram quasi moritus, nisi ami-  
eus quidam Laurætius de Deo Catinenis, condiscipulus  
meus, inter brachia me sublatum substulisset, aquaque aspersum

*afferum in faciem frigidissima, me exhalare, spiritumque vitalem haurire fecisset, mirantibus alijs.*

*Plurimis tandem in locis ex omni montis regione, incendia non minima, rupta telluris cute, è fornacibus erupere: Cinerem quoque (ita plures affirmasse cognitum est) in Cretam insulam trahentibus ventis, euolasse, per que totam ferè Calabriam, Brutiorumque agros, Consentiam usque mororum frondes, quibus vermes ad sericum depascuntur, nedum in Trinacia, adeo offendisse certum est, ut pro semine vix Amigdale, quibus natura insinatu includuntur vermes, conglobarentur maxima incolarum iactura.*

Eodem fermè tempore Franciscus cognomento Niger Leontinus, patria tamen Platensis Siculus philosophus, & natura abditorum diligentissimus indagator Physicus, dum nimis inconsultè, plusque satis audite ad Craterem ignes euomenter curiosus, propiusque accederet, Plinium illum maiorem anno circiter salutis nostræ octuagesimoprimo, Vesuviana perscrutantem incendia imitatus, exilientibus undeque vaporibus, ventisque furentibus, qui die illa licentiosus per Aetnæ cavernas bacchabantur, fumo, incendioque oppressus exiuit è viuis.

*Incendia hæc intermissis planè temporibus totum usque in annum M D XXXVII. fumo, terremotu, & fragore perdurarunt. Quibus quidem ad Maij eiusdem anni Kalendas, adeo Sicilia tota intremuit, Aetnaque intonuit,*

Incendia.

Francisci Ni  
gri mors.Terremotus  
Sicilie.

intonuit, ut Siculorum quisque ingenti obtusus strepitu, penè surdesceret: plurimaque insulae adicia corrīerent; inter quæ, Corlionis oppidi (Coriglione vulgo) ab Aetna millia circiter centena passuum distantis, non modica pars in ruinam fecessit manifestam.

Sicanorum hysice calamitatibus, (2) terramotus horrore per totum fere Quintilem perdurantibus mensem, per semidie horam, Sole per Leonis arcum transiente, meridianumque attingente, tota planè Sicilia in tenebras conuersa obscurissimas aisa est. Tum autem dum ego Castileone morarer, atque nuntium, nimilimque pertimescerē, longe maius, uehementiusque, quam alias auditum est ex Aetna intonare tonitu, uehementiorique sonitu, (2) tremore Trinacria ipsa penè tota, debidente terra globo, ad ima descendere Siculis iussum videbatur: cum tuus repente, expulsis nobis ut pote caliginosis tenebris, Sol suis apparuit lucidissimis radiis luminibus totam illustrantibus insulam. Quo factum est, ut Aetna tota sereno cælo perlucida apparet; s'congerie tamen fumi excepta, que ad crassissimæ trabis formam, maximo ex craterे insurgens per aera ad Orientem, Vulturnum versus sese deflectens, in longum protendebat tractum. Tum denique sonitus, strepitusque omnis, quo portarum annuli, Antequedormorum, Siculos reddebant modo furdos, magna insulanorum latitia cessauit; flammis nihil feciis, incendijsque in vertice montis remanentibus: ita ut interdum fumus,

Corlionis  
ruina.

Solis obdu-  
ctio.

Obscuritatis  
expulso.

Fumi conge-  
ries.

fumus, noctuque flammæ viderentur. Iuxta Ario-  
sticum rithmum,

Versò il monte ne' vâ, che fâ col foco  
Chiara la notte, e'l dì col fumo oscura.

Et Maronianum carmen Æneid. 3. de quo supra.

Ad Craterem itaque maximum redeo. Clarum est enim per duo circiter miliaria, incendij fragore, prima- que sui eructatione corruisse ad ima montis verticem, tumulumque illum, qui tanquam corporis uniuersi caput, quasi in urbe quadam arcem cuncta dominan- tem effingebat. Quod nos manifesta probauimus expe- rientia: ex illo namque (ut prefertur) supremo tumu- li acumine, quadraginta ferè pedum spatio, in orbem terminato, quo totam penè Triquetram, longioresque protractus circunspectari diximus; anno inde M D XL. quo egomet pluribus etiam comitatus amicis, ad montis culmen reuisurus craterem, sum reuersus, nihil eorum, quæ longius prospiciebantur, aspectum est; collibus, mon- tibusque Siculis impediensibus uisum; ultra quos præ nimia Ætnæ fastigij altitudine, priusquam Apex ille subsideret, multo plura contemplari loca licebat. Qui- nimo montis dorsum, tumulusque ille Catinam versus, ubi craterem alterum existere diximus, qui eo brevior, depressoque cernebatur; altior quidem nunc facile con- spicitur.

Inter utrumque Craterem ab ortu ad occasum, iux- ta meridiem, salebrosa quedam circunspectitur plani-

Crater ma-  
ximus.

Ætnæ de-  
pressio.

Probatio  
experiencia

Planicies i  
vertice Æti-

C      cies,

cies, magnitudinis stadiorum circiter duorum, sed non adeo lata, quamvis oblonga, ubi maximi crateris crepidini, sive oris extremitati adhaerens clivulus erat salebrosus quidem tophis, & sulfurei viroris lapidis, atque fragosis calculis, ad sulci formam, hominis ferè altitudinem habens, quadraginta circiter passuum in longum coactus, extensusque. Quem nos ex primis montis excrementis ventorum colluctatione ibidem confidentibus, fuisse coaceruatum putabamus: spatium vero illud intermedium quasi in planiciem deductum, montis cuto per incendium, furentibus fermè ventis scissa, multis in locis rimulis non paucis affectum, intermissa quandoque exhalatione, exilem fumulum quasi ex olla summissò igne, bulliente, effundebat: ita ut illis in locis, putaremus incendium sibi exeundi aditum queritare. Quod utique euenisset, nisi cessantibus ventis die illo, qui pridie calendas erat Augusti, cuncta serena, pacataque extitissent. Quippe quod locus ille incrustatus videretur materia illa, nuper effusa, sulphur adhuc retinente, & bitumen. Hinc nobis maximus erat timor, ne loca passim rimis, fistulisque affecta, debaccharibus, colluctantibusque forte intra montis viscera ventis, rupta superficie, igneas facerent voragini, unde profluentia nos saxa corriperent; aut ignis opprimeret. Quo perculti metu, uno eodemque loco nunquam consistebamus, sed raptim, citisque passibus omnia pro loci, & temporis opportunitate, lustrantes, in alteram maxi-

ximi crateris secessimus oram: quæ minus rimosæ, A-  
quilonem spectabat: quæque (quod nobis visum est mi-  
rum) ingentibus admodū lapidibus penè quadratis, vi-  
rore sulfureo conspersis referta consistebat; qui adeo  
pergrandes, perque graues erant, ut unus vel alter,  
à septem viris (is noster erat numerus) uno oris hia-  
tu, manibus, pedibusque obnientibus, vix amouerit  
poterat. Quorum aliqui tanta non existentes magni-  
tudinis, quamvis magni satis, à maiore nostri parte, à  
summo deorsum in crateris alueum, profundumque mon-  
tis hiatum, precipitanter immisi, maximè horrendum  
remittebat sonitum. Sed an firmarentur, perduran-  
te plus satis dimissiore sonitu, nobis erat incertum.

Crater utique maximus, quem nos passim diligenter  
dissimè speculati sumus, satis amplio ore, in orbem se co-  
ret, nisi in vulturnum aliquantillum defleteretur.  
Quia vulturnia (ut ita dixerim) deflexio, orbicular-  
rem crateri figuram adimebat: cuius peripheria, sine  
ambitus duum millium, & octingentorum circiter pas-  
suum tractum continebat. Per facile etenim à nobis  
spatium istud, per crateris crepidines extrinsecus cir-  
cumcirca dimensum est funiculis; quorum maximos glo-  
bos nobiscum apportauimus. Quamquam inter dime-  
tiendum, spiracula multa suffumicantia non sine aliqua  
futura eructationis suspitione, pedibus calcaremus.

Diameter vero, ut existimabamus, quam (extra  
vulturni angulum orbem crateri adimentem) longioris

Lapides ma-  
gni in æn-  
acumine.

Crateris m-  
gnitudo.

extensoque filo in utroque crateris labio à nostris retento, & utrinque perducto, propter magnum hiatus tractum, profunditatemque voraginis, filo è medio semper deorsum incuruante, examissim dimitiri non poteramus; paulo minus octingentorum passuum tractum perducebat: tot filum dimensionis huiusc pafibus terminari cognauimus.

*profunditas  
Etnæ crateris.*

At vero profunditas nobis incomprehensibilis visa est. Non enim alius sibi intus paulatim sese adstrin-  
gebat, quoad in medio utpote centro, ad euemenda mon-  
tis incrementa satis ampio ore foraminaretur, ut alij  
nobis veteres crateres apparebant, sed eodem maximo  
ex montis hiatu, nobis haud compertum baratum in-  
imum descendens immensum nostris incutiebat menti-  
bus horrorem; quoniam crater tetra intus repletus erat  
caligine, piceoque, & suburenti fumo, atque sulphur-  
reis quodammodo nebulis, veluti si ex fornace exili-  
rent, nec tamen ad summum usque profilientibus va-  
poribus illis, qui ob lenissimam forte fortuna unius,  
vel alterius venti auram eo flantem, die nimbos intus  
agebant. Nam certum est, ventis intus furentibus,  
strepitum intra montis viscera exaudiri; fumumque  
interdiu, & ignem noctu pro furoris qualitate effun-  
di, ut dicetur.

In cuius quidem Crateris latere ad Euronotum, Ca-  
tinam versus, intra hiatum ipsum pergrandem, dum  
venti non furebant, infra summam ipsius coronam,  
orisque

orisque labia, ad centum circiter passus, fornax quedam conspiciebatur, eius amplitudinis planè in ore, cuius esse solent eæ, quibus Calx, aut lateres coquuntur, qua etiam interdiu, præter fumum, ignis quandoque ei-  
stabatur evidenter. Vnde pro ventorum furore, plus quam aliunde ex maximi crateris ore, diu fumus, & noctu ardentes flammæ insurgebant: prout ipsi nos sub concamerati cuiusdam edificij ruinis, paulo inferius inter saxa pernoctantes, coniectabamus: non tamen bu-  
ius rei certiores esse possumus; cum ad id perscrutandū, in montis vertice pernoctasse, aut saltem hiatui propius noctu accessisse oporteret, ubi immensum, intensumque ob frigus, Sole recedente, sine mortis periculo, certo cer-  
tius est, consistere posse neminem. Quippe quòd multo  
inferius adiacentes intra saxa ad antri formam, gra-  
uioribus etiam obducti tegmentis, ignibusque, magna li-  
gnorum strue vndique accensis, totam contremiscentes  
artibus noctem, vix euasimus viui.

Erat insuper in summa Crateris corona, parvulus quidam trames, per oris crepidines ita productus, ut vix in eo firmarentur pedes. ex quo, si quis in alteru-  
tram declinasset partem, aut è monte deturbatus in sa-  
lebras incidisset, suum quodammodo corpus, vel lacer-  
nas laceraturus, aut in craterem ultima sui iactura ob-  
ruisset periturus.

Ipsé tamen, ut accessuris forte alijs, mirum quod-  
dam iocose spectaculum pararem, audacter manibus per-  
sociorum

Fornax intr  
craterem m  
ximum.

Frigus Ae-  
nxum.

sociorum manus detentis, tutus intra os, è tramite illo pluribus in locis ipsius crepidinis, & infra, ita pedes apposui, ut illorum vestigia remanerent impressa. Quo fiebat, ut facillime propter rei impossibilitatem, non sine maxima aspicientium (qui hoc nescirent) admiratione, daemonem potius illac, quam hominem pedibus deam bulasse putandum foret: tum etiam in summo montis vertice, antequam discederemus, tumulum ex lapidibus illis, in aræ formam ereximus quadrilateram, ad Aquilonem; ubi minori rimarum scissione consistebat planicies illa, de qua mentio facta est; à crateris ore triginta circiter pedibus remotam. In cuius lapide maximo, ipse cælo diligenter ferreo cælauimus, atque sculpsimus eructationis annum hiatus illius, & incendij; erectionis aræ huiuscet diem certam, meum, & sociorum qui mecum erant nomina, cognomina, & patriam.

Authoris A.  
a, in Ætna.

Crateris am  
pliatio.

Sed anno inde sesquimillesimo quadragesimo quinto, ad verticem reuersus, usque adeo ampliatum vidi crateris os, in sua corona, & labris, ob crebras montis, & illorum ruinas in baratum collabentes, ut superficies illius inter aram, & hiatum maximum, vix decem per dum remaneret spatiū, illudque a nobis animaduersum est, quod è alius sibi intus astringebatur, quod dilatum os erat in summitate, ita ut montis viscera (inquam) ad oculos contemplari liceret: quod prius fieri nequibat. Hinc mihi persuadeo, & profectò coniectari licet, nihil eorum, que circa craterem in planicie consi-

consistebant, hodie adinueniri: Quinimo cuncta in ruinam cedentia, intro sedulo corruisse, hiatumque matre, ruinisque illis, maiori pro parte esse repletum. Tumque demum ubi in totum crater ille ad fastigium referens erit foramine obstructo, ijs similia, aut forte vehementiora non deerunt incendia, sicuti multoties euenisse veterum scripta, & res ipsa testantur. Nec istud quidem (tametsi longè admirabilius videatur) mirum est, si naturam ipsam inspiciamus. Quoniam, ut Thucydides, Pindarus, ceterique aiunt Greci, quod etiam quarto inter latinos libro testatur Iustinus, & alij non improbant; Sicilia angustis quondam fauibus Italiae adhaerens, superi, inferique Maris, (quod toto undrum onere illuc vehitur) impetu, veluti à corpore disrepta, unde (ut in historijs diximus) sibi Siciliae nomen sortita est, quasi Sicilita, & resecata; terram habet tenuem, fragilem, & cauernosam, fistulisque ita penetrabilem, ut ventorum tota fermè flatibus pateat. Necnon & ignibus generandis, nutriendisque soli ipsius naturalis est vis, quippe quod intrinsecus stratum traditur sulfure, quod in venis terra, cœu decoctus quidam ardor, tam valida, & firma partium confusione insitit, ut oleum eius nulla arte in ceteris rebus separari posse Plinius affueret, & prope Siciliam optimum nasci lib. 3 s. cap. 1 s. affirmet: Bitumine etiam, quod ex limo exundante tellure fit, & Alumine, quod ex terra quoque salfugine coactatur, quæ res facit, ut

cum

Sicilia quoniam contingen.

Sicilia vnde.

Sulfur.

Bitumen.

Alumen.

cum tellus ipsa foraminibus, canalibusque distincta, & ceu corpus humanum venis, ossibus, nervisque compatta, propter venarum, & sui ipsius partium differentiam, omnino in se coire non valeat, siue quod aut semper aliquid de novo producit, aut perimit, vel immutat; non semper unum idem in se retinet, stante maris vicinitate, quod omnino est in causa, ut in quacunque telluris parte, nusquam maiores fistulae, crebraque cavae, nec meatus existant ampliores, quam ijs in locis, quae vel aequori vicina sunt, vel ab eo protinus abluuntur. Quippe quia mare suapte natura fluxu, refluxuque semper, & suopte contactu, aliquid excedendo consumit; quasque telluris partes debiliores reperit, membraque fragiliora multo faciliter erodens, intima in viscera pergit. Unde cum suo impetu, sibi viam in telluris cavae faciat, aditum quoque ventis parat, quibus inde furentibus, loca queque maritima, vel mari finitima maximè sunt terramotibus subiecta, tāquam magis spongiosa, & subantrosa; ubi maxime fiunt exhalationes, ut secundo Meteororum Aristoteles testatur libro, ubi de Sicilia in his ponuntur exempla. Tum demum, si in Venas sulphureas, vel bituminosas, & aluminosas inciderint venti, spirituum colluetatione intrinsecus facta, non difficulter suscitantur incendia. Quippe quoniam in sulfure, vel bitumine, quibus tota Sicula tellus abundat, non modica uis ignis concipiendi. Hinc itaque spiritibus cum igne colluetantibus

Mare ter-  
ram edit.

Loca mariti-  
ma terremo-  
tibus subie-  
cta.

Incēdiorum  
causa.

bus intra terræ viscera, ubi multæ sunt exhalationes, eructatione factæ, quandoque fumum, vel aliquem alterius speciei vaporem, scissa tellus euomit. Quin etiam, ubi acriores per cauernarum spiramenta venti bacchantius incumbunt, arenarum quoque, vel cinerum moles egeruntur. Nec igitur mirum, si hoc in Ætna intermissione facta contingat, cum Ioniū æquor (ut dixi) & feruentissimum, profundum, ac saeum charydicum pelagus vorticosum in radicibus habeat; ipsaque subantroſa, & fistulosa vel natura, vel longo maris exſu ſit, atque ſulfurea, ventos eſtuanter admittens, quibus combustibilis materies utique accenditur. Nonne clarum eſt, mare vasto ventorum turbine commotum, intra telluris cauernas, cotibus, aliaque materia collisis, ignem ſuopte conflictu elidere? quod ex ſilice, & chalybe experientia ipſa, paſſim comprobatur. Quo igne in maſſam illam præpinguem, & incenſibilem immiſſo, ventorum iterum, & mariſ collectationibus iſſentibus, neceſſe eſt, ut tellus non valens incluſum incendium diu (uti maturum fætum) alueo comprimere, ſcissa cute, ruptisque formacibus, non viſcribus modo debilioribus, ſed planè neruis etiam, offibusque fortioribus terræ correptis, hoc eſt, ipſius frangibilioribus partibus, ac ſaxis durifimis, veluti corporis humani offibus pene, aut liquefactis, aut effoſis, furientibus ventis, vi ſua exitium ſibi parantibus, incrementa illa, quaſi parientis niſu, ſtrepitū, atque ſonitu

D eiectare

Mare igne  
ſuo conſili-  
gignit.

electare cogatur. Vnde ipsi nos alias bacdere ad poetarum fabulas accedentes, poeticè quoque incendiorum, & strepitus huiusmodi causam indicantes, italicè lusimus multa.

Quorum omnium incendiorum scilicet, terramotus, & strepitiū Etnaeorum causam, fabulosè, Virginius 3. Aeneid. bis explicat versibus.

Fama est Enceladi semustum fulmine corpus  
Virgeri mole bac, ingentemque insuper Etnam  
Impositam, ruptis flammam expirare caminis;  
Et fessum quoties mutat latus, intremere omnem  
Murmure Trimacriam, & calum subrexere fumo.

Petrarcha in castigatis triumpho,  
Non fā si grande & si terribil suono  
Etna qual hor da Encelado è più scossa.

Non Mongibels' Encelado sospira.

Incendia itaque, & eructationes huiuscē, quamuis alij hoc mirum putauerint, nunquam deficere censetur, nec etiam mons in totum unquam subeditisse diciatur. Quippe quod humore, & calore, ut innotescit, omnia concipiuntur naturaliter. Cumque semper ardeat Etna, saltēm intra viscera, & semper ab aqua-ris undis contacta rimatim perlustretur, ignis qui consumit semper aliquid, gignit etiam semper sibi aliquid, quod consumat suo ipsius calore, tellurem humectantibus undis, semperque igni materiam submittantibus,

bis, qua alatur: prout eleganter Iustinus de fratre Siculo, & Bembus pater, differente filio, de Etna, ceteraque testantur. Tellus etenim semper fœcunda sui ipsius natura subsistit, semperque semetipsam parturit, ut experientia indicat. Unde, ut noster erat sermo, futuris etiam temporibus, Etnæ per suas vices, incendia non deerunt, sicut suis intersticijs fuisse pluries res ipsa, & scriptorum monumenta ex actius protestantur.

Scriptum quidem à quamplurimiis relictum est non spernendis authoribus, scripsitque Thucydides tertio bello Peloponnesiaci libro, tres fuisse Etnæ ignis exundationes, ab eo tempore, quo Graci Siciliam tenuere, ad bellum, quo Syracusani à seditionis acceti Messanam occuparunt: quo plusquam trecenti Viginti quatuor anni defuxere. Quintiam Scironum tempore, qui penitus statim post Cyclopes, & ante Gracos, Trinacriam obtinuere, tot Etnam vicibus signem erubuisse legimus; ut regionem illam derelinquere, & in alteram insule remotiorem plagam secedere cogerentur.

Strabo quoque in vi. superioribus annis inquit, campos Siculos Etnæ cineribus sparso, omnium propere rerum maximam exuberantiam præbuisse; atque Amapiam, & Amphinomum (quos alij Ambionem, alijque Amanthiam, & Critonem dicunt) fratres Etnæ ciues, quam ibi fuisse censem, ubi postea Centoripe, Etna exundante flammas, parentes pro diutius super humeros impositos flagrantibus extraxisse ignibus. Tum de-

Bembus scilicet  
propris Dialo*g*  
de Etna.

Terra sui i*psius* gener-  
tiua.

Incedioru*m*  
Ætnorū*m*  
recollectio

Pij fratres.

nique fluvius perstrepentis ignis, sua velocitate, illos  
insequens, in duo, eorum secus pedes, cornua sese dire-  
mit; illosque praterlabens illatos, iterum cornibus in  
unum reductis, fratribus ut pote pio onere pressis pe-  
percit. Quo factum est, ut maxima dum viuerent,  
haberentur veneratione; post vero mortem, illis con-  
ciues sepulchrum erexisse piūm; priusunque locum illum  
vocitasse, plerique affirmarent. de quibus Solinus sic  
ait. Inter Catinam & Syracusas certamen est, de illu-  
strium fratrum memoria, quorum nomina sibi diuersae  
partes adoptant. Si Catinenses audiamus, Anapias fuit,  
& Amphionomus; si (quod malunt Syracusa) Aman-  
thiam putabimus, & Critonem. Catinensis tamen re-  
gio causam dedit facto; In quam, cum incendia Ætna  
se protulissent: & reliqua. At Pausanias (quod ve-  
rius affirmatur) fuisse dicit Catina ciues; que tunc Æt-  
na à seniore Hierone, incolis expulsis, dicta fuit. De  
quibus etiam Ætnæ author, in Virgilianis opusculis  
ita cecinisse habetur.

Cunctantes vorat ignis, & undique torret auaros;  
Consequitur fugisse ratos; & præmia capti  
Concrepat; ac nullis parsura incendia pascunt:  
Vel solis parsura pijs. Namque optima proles  
Amphion, fraterque pari sub munere fortis,  
Cum iam vicini streperent incendia rectis  
Aspiciunt, pigrumque patrem, matremque senemque  
(Heu heu) defessos posuisse in limine membra,

Parcite

Parcite auara manus, dites attollite prædas:  
 Illis diuitiae sole materque, paterque.  
 Hanc rapiunt prædam, mediumque exire per ignem  
 Ipso dante fidem, properant; O maxima rerum  
 Et merito pietas, homini tutissima virtus.  
 Erubuere pios iuuenes attingere flammæ:  
 Et quacunque ferunt illi vestigia, cedunt.  
 Fælix illa dies, illa est innoxia terra.  
 Dextra sœuatenent, leuaque incendia feruent:  
 Ille per obliquos ignes, fraterque triumphans  
 Tutus vterque, pio sub pondere, sufficit illa,  
 Et circa geminos auidus sibi temperat ignis.  
 Incolumes abeunt tandem, & sua numina secum  
 Salua ferunt; illos mirantur carmina vatum.  
 Illeque se posuit claro sub nomine ditis.  
 Nec sanctos iuuenes attingunt sordida fata:  
 Sed iure his cessere domus, & iura piorum.

Hinc Silius inquit,  
 Tum Catina ardenti nimium vicina Typhæo,  
 Et glomerasse pios quondam celeberrima fratres.  
 Hoc namque sepulchrum, pioru[n]que locum pleri-  
 que putant, hucusque extare Catinæ, aut vestigia sal-  
 tem, extra Stesichori portam, in hortis quibusdam ad  
 Aquilonem; ubi Stesichori lepidissimi Himerensis poe-  
 te, erectum quoque Phalaridis suasione fuit sepulchrū,  
 cuius etiam vestigia ad oculos contemplari licet.

Paulus quoque Orofus secundo historiarum libro sic  
 ait.

Stesichori  
pulchrum.

ait. *Ætnam, quæ olim cum excidio urbium, atque agrorum, crebris eruptionibus æstuabat, tunc tantum innoxia specie, ad præteriorum fidem fumasse; & reliqua.* Eodemque libro sub Cyri monarchia, annis circiter quingentis ante nostræ salutis vindicem, ait.

*His deinde temporibus, grauissimo motu terræ concussa Sicilia, insuper & æstuantibus Ætnæ montis ignibus, fauillisque grandibus, & calidis, cum detimento plurimo agrorum, villarumque vastata est. Quinto quoque libro refert M. Aelio, & L. Aurelio Oreste Consulibus, anno post instauratam à Romulo urbem DC XXVIII. Ætnam vasto tremore concussum exundas se ignium globis: rursusque alio die, Liparam insulam, & vicinum circa eam mare in tantum effervuisse, ut adustas quoque rupes dissoluerit; tabulata navium liquefactis ceris extorruerit, ex animatos pisces superstantes excoixerit, homines quoque (nisi qui longius potuere effugere) reciprocato anhelitu calidi aeris, adustis introrsum vitalibus, suffocarit. Eiusdemque tertio decimo libri capite, Q. Cæilio Metello, & T. Q. Flamminio Consulibus, anno post Romæ ampliationem a Romulo DC XXXI. Ætna mons (inquit) ultra solitum exaserbit, & torrentibus igneis superfusis, lateque circumfluentibus Catananam urbem, finesque eius oppressit ita, ut tecta & diuinum calidis cineribus praensta, & prægrauata corruerent. Cuius letanda clavis causa, Senatus decem annorum vectigal Catanensibus remisit.*

Nec

Lipare incē  
lium admī-  
abile.

Catinae cla-  
des.

Nec ijs inferiora erupere incendia salutis nostra et anno CC LIII. primo vero post virginis Agathae martyrium quo tempore, Catinenses abhuc idolorum superstitione affecti, ob eorum ciuius martyrium Agathae, in Christianum credentes, fideles effecti sunt Christiani; inuenito potissimum in virginis sepulchro lapide ijs literis inscripto.

Mentem sanctam, spontaneam. Honorem Deo, Patriae liberationem.

Qui lapis (ut fama per manus hominum ducta refert) religiosissime Catinae conseruatur in praesentem usque diom. Nam astante crebris eruptionibus Aetna, ea qua regione Catina iacet, tunc Catinensis populus, aperta martyris sepultura, assumptoque tenuissimo paniculo, quo virginis Agathae cadauer fuerat inuolutum, quem hodie Grimpiam vocare accolas diximus; et cum illo ignis profluuo occurrentibus ciuibus, (mirabile dictu) igneus amnis statim defluere destitit. Quamobrem fama per hominum ora producta, litterisque maiorum comprobata, Catinenses eodem velo Aetnaeos flamarum globos, uno, et alio temporibus se contra tueruntur, ut vidisse diximus.

Nonne etiam Plinius secundo naturalis historiae libro affirmat, Aetnam maximam euomisse arenarum congeriem, illamque ad passuum millia centum quinquaginta (strabentibus suo furore uentis) ei classè? Et nos satis ultra temporibus nostris eueniisse fide dignum testimonio accepimus? Quippe quod ciuis in Cretâ insula euolauerit.

Anno

Catinenses  
effecti fide-  
les Christia-  
ni.

Grimpia di-  
ux Agathæ.

Anno autem M C LXXXIX. vel ut aliqui scripsérunt M C LXXXIII. sub Guilielmo secundo, cognomento Boni, Siciliæ Rege, pridie nonas Februarij, ad primā diei horam, ut Ugo Falcandus (qui illorum temporum historiam conscripsit Siculam) refert. Vehemens terræmotus tanta Siciliam inuasit vi, ut in Brutiorum agro quoque circa Rhegium, oppidaque proxima sentiretur.

Et Catinensiam epulentissima ciuitas usque adeo subuersa est, ut ne una quidem domus in turbe superstes remanserit, viri ac mulieres circiter quindecim (at viginti referunt aliqui) millia, una cum ciuitatis Episcopo, maximoque monachorum numero, sub adficiorū ruinis sunt oppressi: Et nisi velo virginis Agatæ, qui supererant se tutati essent, actum quidem esset de illis, furentibus, & perstrepentibus undique flammis.

Leontium etiam nobile Syracusanorum oppidum, eadem terræ concussione subuersum, oppidanorum plerosque ruentium adficiorū mole consumpsit. Multa præterea in finibus Catinensium, & Syracusanorum castella diruta sunt: multisque in locis terra debiscens, & novos protulit fontes, & veterum nonnullos obstruxit.

Quin etiam ea Ætnæ cacuminis pars, quæ Tauromenium (ad vulturnum scilicet) respicit, aliquantillum subsedisse visa est. Syracusis Arethusa fons famosissimus, quem ab Ælide Græciæ ciuitate, fama est in Siciliam subter mare, occultis deriuari meatibus, de limpidio turbulentus effectus, saporem salsissimum, multa maris

Terræmotus.

Catina subuersa terræmotibus.

Leontium subuersum terræmotu.

Ætna subfuderat.

Arethusa fons falsificata.

ris admissoне, contraxit. Talius quoque fons (Talii hodie) non longe ab Enna Siciliæ umbilico remotus, aquarum tunc uberrimus nitidarum, dulciumque, qui à montis radice iuxta Casale Sarracenorum, affatim scaturiebat, spatio duarum fermè horarum, obstructus manens, aquas intra venas continuit immotas; magnoque inde erumpens impetu, sanguinei coloris laticem per unius horæ spatium, mirantium oculis indigenarum exhibuit. Messanæ etiam mare Mamertinum, cum tranquillissimum esset, Scylla, Charybdeque concordibus, in se ipsum primo se contrahens, paulisper cessit à littore; deinde pedetentim rediens præfixæ undarum metas transfiijt; murosque ciuitatis abluens, ipsis etiam sese portis infusit, magna Messanensium iactura. hæc Vgo Falcandus literis mandauit.

Talius co  
mutatus.  
Enna Si  
liz umb.  
cus.

Mare Me  
nam influ.

Sub Frederico denique secundo, Trinacriæ Rege, anno salutis nostræ M CCC XXIX. maioribus ignium profluua eruptionibus Ætna euomit. Quarto etenim calendas Iulias, quo festum diui Leonis Pape Siculis celebre venerabatur, ad vigesimam tertiam diei horum, contremiscente tota propè Trinacia, maxima Siculorum formidine, extemplo ab Ætnæ regione Subsolatum, siue Orientem versus, ad Rupem Musarræ (hæc pars montis erat) niubibus connectam cudentemque, per grandis, formidolosusque crater erupit, alijs atque alijs diruptione eadem, circa montem concremantibus hiatus, unde quatuor fermè ignium profluua profluxerunt.

Rupes M  
sarræ.

Eruptio i  
cendij.

Fluuij ig  
quattuor.

E re,

re, illius quidem fragosæ materiei, de qua satis supradictum est. Quæ immensa tophorum, & saxorum mole, Cataneos ita campos deuastauere, ut in presentem usque diem, agri penè omnes glareæ (quam indigenæ sciaram vulgo appellant) combustisque lapidibus, referti apertius appareant.

Quid de illo maximi profecto horroris, & iacture incendio, quod anno circiter M C C C C X L I I I I , euenis se in historijs diximus, quo summum Ætnæ apicem subfedisse, ignibusque diuæ Agathæ velo obuiatum fuisse, maiorum monumentis apertissime constat? Sed hæc de ignium eruptionibus satis dicta sufficient .

Ad Montis igitur descriptionem, ordinatamque illius divisionem particularius reuertamur .

Ætna plane in tres (secundum communem indigenarum loquendi usum) dividitur plagas, siue regiones. In pedemontanam siue radicalem, aut Ætna fibriæ; medium, quam costas, & nemora dicunt; & montis cacumen, apicem, siue scoperta .

Prima igitur, quæ aridissima est, fragosa, salebrosaque contegitur materie; quæ natali incolarum nomenclatura, sciara vocatur, quam nos sapæ glaream appellamus, ex eo, quod glaream dicunt latini terram lapidosam, qualis aut in fluuiorum ripis, aut in littore mari, quamvis longè crassior existat, esse solet. Virg. Geor. 2. Clivosi glarearuria. Vnde Linius primo bell. Punic. ad hæc inquit, saxa glareosa voluens. Hæc sub radicum

radicum vocabulo, ab accolis hoc sibi mutuauit nomen  
Ætnæ radices; aut (*ut vulgares dicunt*) falda Mongibelli: Quippe quæ montis ad pedes fimbriarum vicem obtineant prolapsarum. Quæ à montis iam designatis finibus, ad medium usque plagam, nemora nuncupatam, protenditur spatio (ex Austri, siue Meridiei regione) passuum millia circiter duodecim. In ceteris vero lateribus, pro locorum qualitate, eo amplius, vel minus, & quandoque trium, aut plurimorum millia passuum tractum habens, in longum, suam circa basim, multis ornata oppidis, pagisque, aquarum decursibus perennium, alijsque amoenitatibus, & rerum diuersitate, se decoram facit.

Secunda vero, quæ media est, nemorum, & quandoque costarum sortita est vocabulum, hoc ad humani corporis similitudinem, & illud propter nemorum densitatem, unde vulgo dicitur, le coste, vel, gli boschi di Mongibello, quod omnibus ex lateribus undeque præter Australē, quod maximè præceps, præruptumque existit, mons ipse sit nemoribus cinctus. Quæ aliquibus in locis, ultra miliaria septem extenduntur in latitudinem, eoque plus, vel minus secundum locorum dispositionem: In longitudinem vero ad octuaginta passuum millia, circa montem protenduntur & ultras quorum fimbriæ, siue inferiores ad pedemontanam, extremitates quercubus ut plurimum, cerrisque, populis, & quandoque castanetis, aliorumque pomorum arboribus

Falda Mongibelli.

Prima Ætnæ regio.

Secunda Ætnæ regio.

ribus sunt refertæ, grossas dulcesque glandes, & alios fructus ad animantium vitam producentibus. Inter quas maxima est glareæ continuatio, & adeo huiuscemodi saxa adusta, ponderosaque ibi perpetuantur, ut fuisse hominum ingenio, ac industria in ordinem collocata diceret. Quæ etiam usque adeo splendent, & in oculis aspicientium nitent, ut vitro conspersa dijudicarentur, subnigredinis, & porositatis quid in se habentia, & asperitatis.

Sunt & hac in regione, proceræ internemora, patulaque fagi, longiores, pinguioresque Pinis quibus (ut dictum est) tum resinam, tum picem, tum etiam terebinthinam, aliosque medicos liquores artifices conficiunt, ob quorum opportunitatem factum est, ut sub montis Ætnæ radicibus, Linguagrossa pagus, nunc vero populosum oppidum cohabitaretur ab ijs (Longobardis forte, à quorum idiomate, ut Sicanio crassiore, nomen retinet) qui primi picis conficiundæ magisterium nouerant in Ætna commodum. Qui Linguagrossenses in præsentem usque diem, in ea versantes, picis exercitium subposito exercent utique modo: querunt artifices per Ætnam, Pinus annosiores quam reperiri possunt; quæ vel in totum, vel in partem tedosæ sint effete, hoc est, quæ per earum annositatem præpingues evaseré, suopte glutinoso naturali arboris succo, qui instar gummi, sape per corticem defluit, insistitque: quo pro resina (sub ragiæ nomenclatione) accolæ sapiuscule pertinentur,

Linguagros  
sa olim pa-  
gus.

Picis confi-  
ciundæ mo-  
dus.

Resina.

utuntur, unde euenit, ut teda, que est prima arboris cortex, & internæ quoque partes, ob naturalem, viscosumque humorem immisso igne facilime succendatur, & uti cerea fax lumen retineat, suaque præpinguedine alat, cuius lumine Cererē noctu quæsiſſe Proserpinam, poetarum testantur fabulae. Quas inuentas quantum à calce in cacumen arboris, luxuria patitur, idque fieri potest, securi, siue bipenni in frusta secant, quod stellare, incisoresque Manisios, à Manara vulgares vocant. Tum furnos ad id paratos pyramidales, sed teretes, ad campanæ formam, in utero ahena habentes adaptata (quamvis & sine his fieri soleat) ex traque cinctos canali in ahenum foraminibus directo, tedis frustatim concisis circundant, aptèque disponunt, furnorum fabricam supra canales extrorsum frustulis illis pyramidatim uestiendo: immissoque postea desuper igne, teda adeo feruent, ut sudor aquæ modo, à canali defluens in ahenum, vel ubi sine eo fit, alia in loca operi apta, indeque in aliquas maxime constipatas arculas, vel in fossulas, quoisque condensetur, emissus, in picem (quam, di barca, vocant) nigerrimam conuertitur, concoctione precedente.

Teda.

Manisij.

Alteroque modo sine aheno sic fit. Tedas ut supra extra furnum dispositas, arborum ramis, viridibusque frondibus contegunt, cespitibus, & glebis supra impositis, ut calor inde spirare non possit, supposito postea intra furnum igne, ubi teda maximo sunt feroce affecta,

Picis species.

Pix Græca.

Catalana.

Pisselæcum.

Pix viscosa.

affectæ, sudor ille in canalem, locaque apta defluens, pix (ut supra dictum est) euadit. Sed liquore stillatim colare cessante, opus iam absolutum se se ostendit. Teda liquor iste etiā in aliam picis speciem conuertitur, quam Græcam appellant, qua artifices ad ferruminationem utuntur. Aliudque picis genus efficitur liquidum, & tenacius, Catalana Siculo vocabulo dicta, medicus quidem liquor, ad brutorum ulcera valens, muscis quoque morsus brutis inferentibus summè exosus; ad Theriacæ colorem, quod pisselæcum, id est, picis oleum pleisque esse putant, quod ex pice humida quando coquitur, utique fit simile visco sua tenacitate, unde pix viscosa ab aliquibus nuncupatur.

Ex ijs pinorum quoque arboribus conciso (ut diximus) præpinguori cortice, terebenthinæ species quedam, & resina etiam, quæ tenacitate sua in arbore (ut gummi) residet, saepè colligitur, & conseruatur. Sed de ijs haetenus dixisse sat est.

Hæc fermè secunda Aetna plaga, quamquam omnis sit amenitatem completa, non nihil in se tamen horroris habet. Nam adeò locus iste densis, procerisque arboribus fagorum, cerrorum, ulmorum, populorum, quercuum, & pinorum, ac illicum, aliarumque arborum corporibus, pari propè distantibus interuallo, redditur umbrosus, ut à solis radijs penetrari vix possit. Additis quoque fragosis lapidibus illis, de quibus satis supra diximus; multisque etiam crebrioribus cliuulis, & collibus, quinimo

quinimo erectionibus fragosa glareosaque materia tumulis, montium instar, orbicularibus ferè, & aridissimis ibidem consistentibus.

In quorum verticibus, crateres, siue rotunda quodammodo visuntur ora, tophis, salebrisque repleta, & quibusdam spinosis plantis, quas adastras vulgares accole vocant, querulisque etiam non paucis. Vnde certo certius ijs in locis, montis eruptiones, igniumque pro fluvia quondam fuisse coniectari licet. Quos Ætnæ incole montes arfos (ut ipsorum vocabulo utar) appellant: quorum non modicus est numerus.

Hac quoque in Regione, in Septentrionali montis ora, à Subsolano ad Fauonium, siue ab Oriente ad Occsum, multa reperiuntur antra, subterraneaque specus, stuporem, ac formidinem aspicientium animis inietantes. Quorum, quarumque aliquæ (licet solo adiquata habeant ora, ad puteorum, aut sarcophagorum formam) internè tamen pedum circiter quinquaginta altitudinis, totidemque latitudinis tractum, & supra centum longitudinis continent. Nonnullaque etiam caverne, que non adeo pergrandes existunt, in Ætna quoque consistunt, in quibus aestiuis temporibus, aquæ sed modice quantitatis, stillantes reperiuntur, fontanis gelidiores, & putealibus puriores, ut ipsi vidimus, & degustauimus. Quorum aliqua (de multis) antra hic sicuti curiosius perscrutati sumus, ita curiosè referre nobis visum est.

Montes arf.

Antra Ætnæ.  
Specus Ætnæ.

Antrum,

Antrum ba  
raccæ veteris.

Antrum, siue sp̄ecus est ingens planè ad exitum fer  
mè regionis huius, tertiam versus, in loco ab Ætnæis  
Baracca veteris (quod Tugarium Siculis est) nomen-  
clato, ubi pix conficitur: à Furno passibus circiter mil-  
le ad montis verticem remota, in qua per foramen,  
instar communis portæ, descendit. Sed ubi in sp̄ecus  
alueum descensum est, primum quidem est reperire au-  
lam, siue pergrande atrium, natura ipsa, ut videtur,  
concameratum, durissimi, nigerrimique saxi, quod  
metalli, aut ferri sp̄umam imitatur, in testudinem for-  
matum, quod calo propè, alijsque fabrorum ferreis in-  
strumentis fabrefactum, incisumque penè videtur; in  
quo hastiludium, equo, & lancea exerceri facile posset.  
In cuius angulo ad Aquilonem, supra Antri solum pedi-  
bus circiter duodenis, fenestra est, in quam ubi per  
quasdam saxi præruptiones graduum ferè instar, ascen-  
sum erit, in cuniculum quendam, tetrum quidem, &  
formidabilem introit. Qui unius communis hominis  
altitudinem vix habens, in passus fermè quadraginta  
extenditur in longum testudinatim, eodemque saxo nar-  
ture artificium præferente. In cuius meta intimoque  
extremo angulo fossula quedam incredibilis frigiditatis,  
& nitoris aquam habet, è culmine distillantem. Et adeo  
spirat hoc in canali ventus, ut faculae accensa extin-  
guantur. Ego vero dum in hanc intrarem cuniculum,  
lumen lanterna conclusum mecum apportavi. Enimue-  
ro Cyclopum habitaculum fuisse tantum abest ut creda-  
mus,

mus, quod eorum innumeros Ætnam inhabitasse nemo est qui saltem non legerit, vel audiuerit, vel (quod mihi quidem persuadeo, magisque credendum est) antrum hoc incendiorum vi, consumptis telluris visceribus, infra saxa hac igne concocta, fuisse concavatum, velut icor, & interior materies ad oculum indicat. Hinc Fauzium sive Occidentem versus, per idem montis latus, ad miliaria circiter sex, plura etiam inueniuntur antra subterranea, unum scilicet Vlmi nuncupatum ab accolis. Quod in eo sit pergrandis ulmus, & annosa, qua ex antri hiatu in altum surgens, stuporem mirantibus infert. Est & alia specus in imum descendens, bac in montis plaga, in loco Collecta ab Ætnæis appellato, omnianque tempore virenti; ubi deficiuntibus arboribus, herbidus campus leni decumbit cliuulo, amploque traxi speculam præbet altiorem; qua in Eolias usque insulas, liberiori aspectu, ad Aquilonem, vallis nemorum ferè in oram dominatur. Hæc est enim alia ex tribus Trinacriæ Provincijs ad Pelorum vergens, & Nebrodes mons. Madonia.

Specus iste, quod palumbium turbam intra se nidificantium toto ferè anni tempore confouet, à palumba assecutus est nomen: Quarum nos alijs protensis in Specus ore plagijs, retibusque multas circumuentas aucupatis sumus. Ætnæi antrum hoc vulgo vocant, Grotta della Palomba.

F Tum

Tum procliviter denique ad extoram nemoris oram, montisque fimbrias cum deflexeris id est, si inter eum deam plures reperiantur caverulae, latèbraque, in quibus gelidissime nividissimeque aestate adinuenientur aquæ guttatum deßillantes; quandam tamen montis dulcis nomen à loco sibi nastram reperties, mira quidem profixa dixatis, longissimique protractus: cuius hucusque (quod scuerim) nemo est qui perscrutatus finem inuerterit.

Hec namque cavaera inter hanc secundam, primâ montis regionem fimbriarum existit, sed in plaga nurcupata montis dulcis. At quoniam in hunc incidimus Tremulium, de eo prius aliqua notatu digna dicamus, quæ etiam ad Etnæ descriptionem utique pertinere sensentur.

Mons igitur hic dulcis ab accolis appellatus, quartio nobis incertum, in Castrileonis agro situs, forma sua penè rotundus est, alterius absque collis coniugio: ambiguum in calce duum circiter millia passuum habet; sed in altum unius fermè stadij spatio in pyramidem assurgit. Cuius in latere ad Boream, vallecula insidet, qua ignis profluuiem primis temporibus illis defluxisse manifestum est. Nam montis vertex in coronam deductus, excepto illius vallecula intervallo, quod quartam penè montis corona partem absorbet, depressoque continet, vetustissimi crateris os, per quod ignis profluuium emanauit, apertissime indicat. Idque etiam montis alueus in profundis

Mons dulcis  
vetustus  
anischatus.

funditatem demissus, veluti in concam formatus ingens nobis ostendit. Ceterum glareæ exuberantia, ac matræ illa aridissima, & fragosa, subrubra, arenosa, porosa, pumicosaque, ac leuis, & ingentia faxa ibidem visuero nitore consistentia, quæ collectiæ incolarum vocabulo Sciara dicitur, ibidem protestantur. Addico, quod per valleculam illam, ad Cantaram fluvium, quatuor circiter passuum millia à monte isto remotum, igneus decursus vetustissimus, insistente hucusque perpetua etiam glarearum mole, apparet; Campisque perustis idem affirmantibus.

Hunc denique iuxta montem ad orientem, specus est illa, de qua noster erat sermo. Quæ parvulum ad unius hominis capacitatem, depresso habens hiatum, & glareis extorsum supertecta, in subterraneam ducitur cavernâ imperscrutabilem: In quam ego ipse, Marco Franchino, Simone de Carolo, & alijs cum amicis, viris qui dem naturæ secretorum curiosis, sum ingressus, detento in specus ore, custoditoque funiculo, eodemque à nobis in longum post terga protracto, plusquam trecentis passibus, lumine lanternis inclusò, majoribusque facibus, per teras cavernæ latebras, præruptaque diuerticula ambulauimus. Deuidi tandem frigore, & vehementi algore, quamvis sub aestiuo essemus solsticio, atque horribili formidine, nec specus nocti finem, conglobantes de novo fulm, quo perrexeramus tramite, in lucem, Solisque aspectum reuersi sumus, re imperfecta.

Caverna  
montis dul-  
cis.

Æ fide dignis inde viris accepimus, fama per manus hominum ducta, affirmantibus ad eorum peruenisse notitiam, sic asseuerantibus alijs, qui à senioribus ita dici audiuerant, primis quidem temporibus, nonnullos banc ingressos specum, nunquam fuisse reuersos, nec ruspiam visos. Censebatur projecto, & ita mihi sanè dicendum videtur, ni modo eius sint obstructi meatus, caveram hanc, per subterraneos cuniculos, sub Cantara flumine, montiumque catena (quam nos in historijs Apennimum Siciliae vocamus) indeque mare subtermeantem, in Vulcani insulam traiecitare. Idque comprobari videtur, quod apud probatos Scriptores legimus, & experientia docet; furente Aquilone, Vulcaniam insulam suo crater, siue montis hiatu flamas effundere, & idem aliquo emenso temporis interstitio, non multo, Ætnam quoque facere: Quo cessante vento cessant utrobique flammae. Pariterque debacchante Euro, Ætnam fumare, & quandoque tonare, idemque postea Vulcanum agere: unde Solinus, & plerique alij hac ducti consideratione, posteris scriptum reliquere, Ætnam, Vulcanumque vicissim ignem sibi commutari. Hinc Virgilinus quoque Æneid. octavo dixit.

Insula Sicanum iuxta latus, Æolianaque,  
Erigitur Liparim fumantibus ardua saxis,  
Quam subter specus, & Cyclopum exesa caminis,  
Antra Ætnæ tonant, validique incudibus ictus  
Auditi referunt gemitum, striduntque caveris,

Stri-

*Etna & Vulcanus communatur si in ignem.*

*Strictræ Chalybum; & formacibus ignis anhelat  
Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.*

*Hinc etiā Petr. Amoris Triumph. cecinisse legimus,  
Non bollì mai Vulcan, Lipari, od Ischia,  
Stromboli, o Mongibello in tanta rabbia.*

*Et Dant. 14. Infern.*

*O se egli Stanchi gli altri à muta à muta,  
In Mongibello à la fucina negra,  
Chiamando buon Vulcano aiuta aiuta.*

*Tota denique hæc secunda montis Ætnæ regio, est  
plane glareosa, arborata, & frugifera, aquæ tamen  
decurrentis indigens, hyberno saltem tempore, propter  
maximè congelatas niues. Excepto tamen quòd aliqui-  
bus in lapidibus suapte natura concavatis (quos Ætnæ  
Sciambros appellant) quandoque pluiales conseruantur  
aque, in multam & statem: in quam etiam conseruantur  
aliquæ in concavis arborum urnis, & eneuatis illarum  
corticibus, quæ montano illas purgante aere, umbris-  
que Solem arcenibus, gelidae, nitidæque existunt, ita  
ut fontanas putealesque frigiditate, & nitore supera-  
re facillime dignoscantur.*

AquaÆtnæ.

*At ea, qua ad Orientem vergitur ora, inter nemora  
supra Mascaras (qui parvulus est pagus, & aquis exu-  
berans) in canobio in nemoribus sita, cui sanctæ Mariæ  
de Vena, ob id est nomen, purissimus, & perennis erum-  
pit fons, cuius aquæ per subterraneos quoque naturæ  
meatus, longè inferius in sanctæ Veneræ fundo scatu-  
riunt*

**Milo fons.** riunt ad Mascalrarum lauam, affluentem. Est & alia aqua dulcis, nitidaque scatbra in eadem ferè plaga, ad vulturnum, intra nemus, quæ Doricè Melan dicitur, à nigredine telluris, ubi scaturit, & ab Ætnæ vulgo, il Milo, appellatur. Plura sunt, & alia regionis istius secunda, quæ cum talia nobis non videantur, quæ curiosos saltem deletere possent, pro nunc prætermittuntur. Quippe quæ in nostra Sicilia instaurata, & illustrata, satis late Italice relata sunt.

**Cerrita.** Illud tamen quod nunc in mentem venit, non esse prætereundum censeo, quod media hec montis regio, cuius maxima nunc agri pars inter cerros, quæ tropterea Cerrita indigenarum nomenclatione dicitur, impensa Illustris quondam Ioannis Thome Iuenij, Marchionis Castileonis, (cuius dominio potissima Ætnæ pars cedit) in plagas arabiles deducta, & alia, quæ Collabassa ab accolis nuncupatur, frumentorum adeò uberrimæ, fœcundæque re ipsa, existunt, ut vernis quidem niibus, cineribusque igne in cespites, glebasque submissæ, præ pinguedine luxuriante humo, sape agricolis semina credentibus, supra quam centuplum, meo quidem tempore reddidisse, accoliarum testimonio finitimorum, aperiissime constet.

**Ætnæ secunditas.** **Tertia Ætnæ regio.** Tertia Ætnæ plaga, siue pars, ea est, quæ per septem ferè miliaria, eoque amplius, vel minus, pro locorum qualitate, à secunda in montis apicem vergit, quæ incoliarum nomenclatione, Nectorum, siue Scopertorum, vul-

vulgare nomen sortita est, quod ea sit arboribus, arbustisque nuda, quod phalacra meo quidem iudicio Græcè, et glabresa Latine dici possent, hoc est, loca nullis penè herbis, aut plantis vestita, sed calua: Quippe quia ob niuum copiam, qua in multam usque astatem, iuga hec contorta manent, stirpem nullam gignant; ipsisque cœu capillamentis orbata, calua quodammodo videntur. Excepto tamen montis tractu, qui acclivis dum circumfer passuum millia, statim post secundam, succedit regionem. Qui cum sit glareosus, et aridissimus, illa subrubra et fragosa Tophorum materie repletus, ac punicosus, et arenosus, aliquibus tamen in locis refertus est quibusdam admodum spinosis, filuestribusque et comedibilibus carduis, de illis forte, quos in Sicilia tantum nasci à Strabone, Plinioque accepimus; et spinosorum quoque quadam graminum specie, quibus equorum armenta, quæ ibidem astate, nullo custode, vagantur, naturæ instinctu, pede contusis depascuntur: Rur susque et luniperorum, Barberorumque fruticibus. Sunt enim Luniperi frutices, qui in locis arenosis frequenter nascuntur, per terram ut plurimum repentes, pro folijs spinas habentes, perpetuo virientes, et baccae cœu laurus ferentes. Barberi vero arbusta sunt, sive plantæ quedam, quæ ex illis aridis, scabrisque distractis topis subortæ, à terra surgentes, densis crescunt virgultis, armatis sanè longioribus, atque leuioribus spinarum apicibus; que naturæ artificio distinctæ circum circa

Phalacræ.

Glabreta.

Carduus Si-  
culus.

Luniperi.

Berberi.

*circa eas nascentur, dumosis cum ramulis, frondes circa spinas ipsas, habentibus, malorum punicorum frondium instar, sed exiliores, breuiioresque, nec adeo attenuatas: inter quas Maio subintrante mente, flores parturiunt luteos, gilioosque, racemis circumquaque dispositis, in cunctis modum, ferentis cerasas; suauissimi odoris. A quibus acini postea gignuntur parum oblongi, & aliquantisper frumenti granis grossiores. Qui cerasi demiarum quoquo tempore, quo cerasa communiter maturescit, in cerasa quoque modum, in acinosos dispositi racemos, venustè pendentes, ubi permaturescunt, adeo viuidi, rubrique euadunt, ut colore malipunici acinos imitentur maturas; sed inflammatoris, viuidioris que coloris; saporis tamen ad gustum acidioris, ac styptrici. Qui Berberorum vocabulo à pharmacopolis appellati, in febribus acutis maxime dispensantur. Quorum quidem fructuum, ego ipse suo tempore quam plurimos legi racemos, minime minus nihibus obiectos, manibus tamen chirothecis collectis. Et frutices etiam sic spinosos, ramulosque acinosis venustè distinctos racemis, mecum asportauit, diuque in cunctis modum conseruauit.*

*Reuertatur itaque unde nostra iam defluxit oratio. Isto igitur tractu duum circiter millia passuum, emenso, ea, qua à Subsolano per Boream, scue ab ortu per Septentrionem, montis parte vergitur ad Favonium, in Occasum, varia, atque multiformis praestenditur Ætnæ facies, semiberbosis existentibus locis, &*

*assur-*

assurgentibus quoque perpetuis, frequētibusque tophis,  
nigerrimisque, & porosis saxis, quandoque subrubris,  
& glareosis, ut in calcibus videri diximus. Quæ fu-  
rente incendio, montis plagas turpiter occuparunt, pro-  
spectu tamen in insulam amaniori, regio hæc alias totius  
Ætnæ ambitus partes, specieque superat. Reliquæ enim  
ambitus huius partes, præruptis, fragosisque rupibus,  
& obliquis adeo fluxibus, sunt deturpatae, ut barren-  
dum mirantibus præbeant spectaculum, modo hiaticibus,  
modo impendentibus ripis, cuncta (qua mons in ima de-  
scendit) deformantibus iuga, colles, fundos, & arvae.

Hæc enimuero tertia montis ora, è vulturini regio-  
ne, ingentem, profundamque habet in latere vallem.  
Cuius pars superior (à forma) asini dorsum, & à ple-  
risque Leonis Taghara Sarracenice, nuncupatur, sem-  
per niuibus candens. Hinc quoque Occidentem versus  
ad Aquilonem, tumulus est quidam orbicularis, conca  
à figura, appellatus. Indeque non multum à longè tu-  
mulus alter conspicitur in eadem plaga, in pyramidem  
penè erectus: qui frumenti mons ab accolis dicitur. In-  
ter utrumque vero parum acclivis vallecula desidet:  
qua libentius, minorique equitantium incommodo, ad  
ultimum montis Ætnæ acceditur fastigium: ubi ma-  
ximus, & ardens crater cunctis formidolosus existit:  
Namque etiam equis ad montem accedi potest.

Post hanc, qua mille circiter passuum tractu pro-  
ceditur, alia paruula succedit vallis arenosa valde,

G ascensu

Afini dor-  
sum.  
Taghara  
Leonis.

Mons fru-  
menti.

ascensu longè difficeret, ubi lacus, sive stagnum Gor-  
 nazzo ab Etna dictum, is locus est enim in vallecula  
 niibus utrinque connectas qui tribus diei horis, iuxta  
 Solstitium aestuum, aquarum frigidissimarum et berri-  
 mus cernitur. Quæ hæc extra horas, in glaciem maxi-  
 mè congelantur: ita & non nec gutta quidem inueniri pos-  
 sit. Hinc ad asinidorsum, Orientem versus, inde quo  
 ad Occidentem, lati quidem campi exilium, at barumque  
 arenarum, in longitudinem quoque protensi, in herbidi,  
 nudique conspicuntur. Qui propterea huic regioni Ne-  
 etorum, aut scopotorum (ut diximus) nomen indide-  
 re. Et verè sunt glabretæ, sive phalachræ. Sub qui-  
 bus ingentem niuum congeriem summè congelatarum,  
 ventis ibi saepe furentibus, illasque inuolentibus, mi-  
 stam arenis consistere aperte constat. Quæ in crystal-  
 lum vehementiori gelu contractione, facilissime tendunt.  
 Per hos igitur arenarum campos, per quos equis quo-  
 que conficitur iter, ad locum usque saxis circunseptum  
 quendam, à supremo montis vertice, mille quasi passi-  
 bus remotum, difficilior est ascensus; quamvis acclivi-  
 sit parum, aut nihil. Quippe, quod tres superambu-  
 lantium passus in unum, vel alterum via resoluun-  
 tur. Segniter enim, testudineoque (ut aiunt) passu,  
 est eundum. Nam degrauantibus vel equis, vel via-  
 toribus arenam, tardissimus fit incessus, quinimo retro  
 gradus. Hoc tandem emenso spatio, in alium montis  
 tractum peruenitur, mille circiter passuum latitudinis;  
 usque

campi are-  
 arum Et-  
 zi.

usque in craterem maximum, summumque montis apicem, qui ascensu difficilissimus est, salebris, et in grossiores, acutissimosque calculos disternatis tophis fragosus illis, quos ignitos admiranda mons ipse eructatione, eiectauit, pedes retardantibus, atque exedentibus: qui et si recentioribus, nouisque, atque reiteratis tegerentur calciamentis, scabris tamen illis tophis, et saxis nimium offenduntur, ceu si lima ascendentium calcei exederentur ferrea; aut si in culinarium instrumentum, quo foraminato caseus minutatim disterritur, Graece Tyrocnestis fortitum nomen, manus perducerentur. Quo factum est, ut sodalis quidam noster, dum illac simul teneremus iter, iocose tophos illos salebrasque Tyrocnestes appellauerit, Calippum imitatus, qui Syracusis amissis, dum Catina potiretur, ut Plutarchus in Diane refert, scribitur dixisse, Tyrocnestim pro ciuitate habeo. Atque Mulciberis (cui mons sacer ipse fuit) culinaria instrumenta, casei disterrendi gratia, quam faciebat dixerit.

Ceterum locus iste saxis circunseptus, multo cingitur ambitu. Sed per duas, aut tres sui ipsius angustias, adeuntibus aditum praebet. ubi ad primum loci huius ingressum, lapis est, nec omnibus notus, in cuius concavo alueo, suis horis (ut dictum est) aqua reperitur frigidissima, maximeque nitens.

Hinc non longe abest fragmentum quoddam lateritium, antiquitatis vestigium, testudinatum: Turris

Turris Philosophi.  
Empedoclis hospitium.

Empedoclis mors.

Vulcani templum mirabile.

Oraculum gentilium in Etna.

Locus i quo dicitur procta e visuri Aet craterem.

Philosophi nomenclatum à Siculis, quod speculanti naturae abdita Agrigentino Empedocli hospitium (ut plerique putant) præbuerit. Qui tandem immortalitatis numen acquisitum se existimans, furente Aetna, in craterem sese immergit, ut communis Scriptorum schola testatur, unde Horat. in Poet.

— Siculique poete

Narrabo interitum, Deus immortalis haberi

Dum cupid Empedocles, ardenter frigidus Aetnam  
Infiluit: si ius, liceatque perire poetis.

Sed an ibi fuisset Vulcani templum flamma circumseptum inextinguibili, à canibus custoditum, nobis incertum est. Ad quod eos qui castè accessissent blandicijs canes allectabant, impuros vero latratibus, mordicusque arcebant. Quod apud superstitiones gentiles illos, diuinitus putabatur euenire. ut Rodig. xx. testatur libro. Quod etiam refert Author quidam primo de Animal. libro dum de Canibus custodiæ differit. Quin etiam Pausanias tertio libro refert. Gentiles illos in captandis negotiorum auguryjs, argentea, aurea, & ijs preciosiora, si qua haberent, vasa in flamas illas proiecisse assuetos: & demonis opera (ut Christianos affirmare decet) si bonum, absorbebantur in imum baratum: si vero infaustum erat oraculum, ab eisdem violenter eiabantur in altum per strepentibus flammis.

In hoc denique vetustatis monumento, per nocte plerunque solent ijs, qui maximum visuri craterem inulti-

ultimum Aetna fastigium tendunt; ignibus tamen magna lignorum secum apportatorum strue, vnde accensis. Quippe quod altius noctu, et post Solis occasum, homines posse confitere, ni occidant, impossibile profectio censetur, maximum ob frigus regionis huiuscemus tertiae.

Si quis ergo per hunc tractum accessu difficillimum, ad montis apicem, maximumque hiatum ire cupit, pedibus propè reptare, sènique passu incedere necessario cogitur. Arduus namque, et asperrimus per ardua hic callis est, immenso, et non sfernendo utique labore superandus. Quoniam degrauantibus pedes viatorum corporibus, calculi et salebrae haud modicam inferunt calcantibus molestiam. Nam dum ascendentis pedetentim reptauerint, amoto altero congeries tota illa glareosa deuoluitur in alterum pedem, et in eos aceruatim corruit. Quo fit, ut si etiam in plano (si quod forte hic esset) ceciderint, scabrie sua maximè lèdunt, manusque offendunt: quod mihi sanè duriore corio pedes, et tibias ocreato, ac manibus chirothecatis per crepidines, verticisque extremitates inter reptandum (ut ita dicxerim) sape contigit.

Fstò demum emenso tractu prærupti ascensus, ad supremum montis fastigium peruenitur, ubi duo sunt illi crateres, de quibus satis dictum est supra.

Ad quod alio quidem tempore non datur commodus accessus, nisi ab Augusti duodecimo calendaras, ad quartum idus eiusdem, eoque prius, aut posterius, quo temporis

Callis asper  
ritus ad Aet  
na fastigium.

Quo tempo  
re acceden  
dū est ad Aet  
na verticē.

Tum procliviter denique ad exteram nemoris oram, montisque fimbrias cum deflexeris idex, et si inter eum dum plures reperiantur caverulae, latebraeque, in quibus gelidissime nitidissimaeque aestate adinueniantur aquae guttatione destillantes; quandam tamen montis dulcis nomen à toco sibi nasciam reperies, mira quidem profunditatis, longissimique protractus: cuius hucusque (quod scinerim) nemo est qui perscrutatus finem inuenierit.

Hec namque cavaera inter hanc secundam, et primā montis regionem fimbriarum existit, sed in plaga nuncupata montis dulcis. At quoniam in hunc incidimus Tumulus, de eo prius aliqua notatu digna dicamus, qua etiam ad Etnæ descriptionem utique pertinere censentur.

Mons dulcis vetustus gnishatus. Mons igitur hic dulcis ab accolis appellatus, qua ratione nobis incertum, in Castrileonis agro situs, forma sua penè rotundus est, alterius absque collis coniugio: ambitum in calce duum circiter millia passuum habet; sed in altum unius fermè stadij spatio in pyramidem assurgit. Cuius in latere ad Boream, vallecula insidet; qua igniū profluuiem primis temporibus illis defluxisse manifestum est. Nam montis vertex in coronam deductus, excepto illius vallecula intervallo, quod quartam penè montis coronæ partem absorbet, depressoque continet, vetustissimi crateris os, per quod ignis profluvium emanauit, apertissime indicat. Idque etiam mons alueus in profundi-

funditatem demissus, veluti in concam formatus ingens nobis ostendit. Ceterum glareæ exuberantia, ac materies illa aridissima, & fragosa, subruba, arenosa, porosa, pumicosaque, ac leuis, & ingentia faxa ibidem uitreo nitore consistentia, quæ collectiua incolarum vocabulo Sciara dicitur, ibidem protestantur. Addito, quod per valleculam illam, ad Cantaram fluvium, quattuor circiter passuum millia à monte isto remotum, igneus decursus vetustissimus, insidente hucusque perpetua etiam glarearum mole, apparet; Campisque perustis idem affirmantibus.

Hunc denique iuxta montem ad ortum, specus est illa, de qua noster erat sermo. Quæ parvulum ad unius hominis capacitatem, depresso habens hiatum, & glareis extrorsum supertecta, in subterraneam ducitur caverna imperscrutabilem: In quam ego ipse, Marco Franchino, Simone de Carolo, & alijs cum amicis, viris qui dem naturæ secretorum curiosis, sum ingressus, detento in specus ore, custoditoque funiculo, eodemque à nobis in longum post terga protracto, plusquam trecentis passibus, lumine lanternis inclusò, maioribusque facibus, per terras cavernæ latebras, præruptaque diuerticula ambulauimus. Deinde tandem frigore, & vehementi algore, quamvis sub æstiuo essemus solstitio, atque horribili formidine, nec specus nocti finem, conglobantes de novo filum, quo perrexeramus tramite, in lucem, Solisque aspectum reuersi sumus, re imperfecta.

Caverna  
montis dul-  
cis.

F 2 A fide

*A fide dignis inde viris accepimus, fama per manus hominum ducta, affirmantibus ad eorum peruenisse notitiam, sic assuerantibus alijs, qui à senioribus ita dici audierant, primis quidem temporibus, nonnullos hanc ingressos specum, nunquam fuisse reuersos, nec ruspiam visos. Censebatur profecto, & ita mihi sanè dicendum videtur, ni modo eius sint obstructi meatus, cauernam hanc, per subterraneos cuniculos, sub Cantara flumine, montiumque catena (quam nos in historijs Apennimum Sicilie r<sup>u</sup>ocamus) indeque mare subtermeantem, in Vulcani insulam trajectare. Idque comprobari videtur, quod apud probatos Scriptores legimus, & experientia docet; furente Aquilone, Vulcaniam insulam suo cratere, siue montis hiatu flamas effundere, & idem aliquo emenso temporis interstitio, non multo, Etnam quoque facere: Quo cessante vento cessant utrobique flammæ. Pariterque debacchante Euro, Etnam fumare, & quandoque tonare, ididemque postea Vulcanum agere: unde Solinus, & plerique alijs hac ducti consideratione, posteris scriptum reliqueré, Etnam, Vulcanumque vicissim ignem sibi commutari. Hinc Virgilius quoque Eneid. octauo dixit.*

*Incola Sicanum iuxta latus, Eolianumque,  
Erigitur Liparim fumantibus ardua saxis,  
Quam subter specus, & Cyclopum exesa caminus,  
Antra Etnæ tonant, validique incudibus ictus  
Auditi referunt gemitum, striduntque cauernis,  
Stri-*

Etna & Vul-  
canus com-  
nituatur fi-  
xi ignem,

*Stricture Chalybum; & formacibus ignis anhelat  
Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.*

*Hinc etiā Petr. Amoris Triumph. cecinisse legimus,  
Non bollī mai Vulcan, Lipari, ad Ischia,  
Stromboli, o Mongibello in tanta rabbia.*

*Et Dant. I. 4. Infern.*

*O se egli stanchi gli altri à muta à muta,  
In Mongibello à la fucina negra,  
Chiamando buon Vulcano aiuta aiuta.*

*Tota denique hæc secunda montis Ætnæ regio, est  
plane glareosa, arborata, & frugifera, aquæ tamen  
decurrentis indigens, hyberno saltem tempore, propter  
maxime congelatas nives. Excepto tamen quòd aliqui-  
bus in lapidibus suapte natura concavatis (quos Ætnæ  
Sciambros appellant) quandoque pluuiales conseruantur  
aque, in multam æstatem: in quam etiam conseruantur  
aliquæ in concavis arborum urnis, & enervatis illarum  
corticibus, quæ montano illas purgante aere, umbris-  
que Solem arcentibus, gelidæ, nitidaque existunt, ita  
ut fontanas putealesque frigiditate, & nitore supera-  
re facilime dignoscantur.*

Aqua Ætnæ.

*At ea, qua ad Orientem vergitur ora, inter nemora  
supra Mascaras (qui parvulus est pagus, & aquis exu-  
berans) in cænobio in nemoribus sito, cui sanctæ Mariae  
de Vena, ob id est nomen, purissimus, & perennis erum-  
pit fons, cuius aquæ per subterraneos quoque naturæ  
meatus, longè inferius in sancta Venera fundo scatu-  
riunt*

Milo sors.

riunt ad Mascararum leuam, affluentem. Est & alia aqua dulcis, nitidaque scatbra in eadem ferè plaga, ad vulturnum, intra nemus, quæ Doricè Melan dicitur, à nigredine telluris, ubi scaturit, & ab Ætnæ vulgo, il Milo, appellatur. Plura sunt, & alia regionis istius secunda, quæ cum talia nobis non videantur, quæ curiosos saltem delectare possent, pro nunc prætermittuntur. Quippe quæ in nostra Sicilia instaurata, & illustrata, satis late Italice relata sunt.

Cerrita.

Illud tamen quod nunc in mentem venit, non esse prætereundum censeo, quod media hæc montis regio, cuius maxima nunc agri pars inter cerros, qua tropterea Cerrita indigenarum nomenclatione dicitur, impensa Illustris quondam Ioannis Thome Iuenij, Marchionis Castileonis, (cuius dominio potissima Ætnæ pars cedit) in plagas arabiles deducta, & alia, quæ Collabassa ab accolis nuncupatur, frumentorum adeò uberrimæ, fœcundaque re ipsa, existunt, ut vernis quidem niuisbus, cineribusque igne in cessipes, glebasque submissæ, præ pinguedine luxuriante humo, sepe agricolis semina credentibus, supra quam centuplum, meo quidem tempore reddidisse, accoliarum testimonio finitimorum, aperiissime constet.

Ætnæ secunditas.

Tertia Ætnæ plaga, siue pars, ea est, quæ per septem ferè miliaria, eoque amplius, vel minus, pro locorum qualitate, à secunda in montis apicem vergit, quæ incolarum nomenclatione, Nectorum, siue Scopertorum, vul-

vulgare nomen fortia est, quod ea sit arboribus, arbustisque nuda, quòphalacra meo quidem iudicio Græcè, Phalacræ.  
 & glabretæ Latine dici possent, hoc est, loca nullis penè Glabretæ.  
 herbis, aut plantis vestita, sed calua: Quippe quia  
 ob niuum copiam, qua in multam usque æstatem, iuga  
 hæc contecta manent, stirpem nullam gignunt; ipsisque cœn  
 capillamentis orbata, calua quodammodo videntur.  
 Exceptio tamen montis trætu, qui acclivis dum circi  
 ter passuum millia, statim post secundam, succedit re  
 gionem. Qui cum sit glareosus, & aridissimus, illa  
 sububra & frugosa Tophorum materie repletus, ac pu  
 ricosus, & arenosus, aliquibus tamen in locis refertus  
 est quibusdam admodum spinosis, silvestribusque &  
 comestibilibus carduis, de illis force, quos in Sicilia tan  
 tum nasci à Strabone, Plinioque accepimus; & spinofo  
 rum quoque quadam graminum specie, quibus equo  
 rum armenta, quæ ibidem æstate, nullo custode, vagan  
 tur, naturæ instinctu, pede contusis depascuntur: Rur  
 susque & luniperorum, Barberorumque fruticibus.  
 Sunt enim Luniperi frutices, qui in locis arenosis fre  
 quenter nascuntur, per terram ut plurimum repentes,  
 pro folijs spinas habentes, perpetuo virientes, & bac  
 cas cœn laurus ferentes. Barberi vero arbusta sunt,  
 sive plantæ quedam, quæ ex illis aridis, scabrisque di  
 stritis topis subortæ, à terra surgentes, densis crescunt  
 virgultis, armatis sanè longioribus, atque leuioribus  
 spinarum apicibus; quæ naturæ artificio distinctæ circum  
 circa

Carduus Si  
culus.

Luniperi.

Berberi.

*circa eas nascuntur, dumosis cum ramulis, frondes circa spinas ipsas, habentibus, malorum punicorum frondium instar, sed exiliores, breuiioresque, nec adeo acuminatas: inter quas Maio subintrante mense, flores parturiunt luteos, gilioosque, racemis circumquaque dispositis, in vitis modum, ferentis ruras; suauissimi odoris. A quibus acini postea gignuntur parum oblongi, aliquantisper frumenti gravis grossiores. Qui virginiarum quoquo tempore, quo rura communiter maturescit, in rura quoque modum, in acinosos dispositi racemos, venustè pendentes, ubi permaturescunt, adeo viuidi, rubrique euadunt, ut colore malipunici acinos imitentur maturas; sed inflammatoris, viuidioris que coloris; saporis tamen ad gustum acidioris, ac styptici. Qui Berberorum vocabulo à pharmacopolis appellati, in febribus acutis maxime dispensantur. Quorum quidem fructuum, ego ipse suo tempore quam plurimos legi racemos, minimò minus nihibus obsecros; manibus tamen chirothecis coniectis. Et frutices etiam sic spinosos, ramulosque acinosis venustè distinctos racemis, mecum aportauit, diuque in rura modum conseruauit.*

*Reuertatur itaque unde nostra iam defluxit oratio. Isto igitur tractu duum circiter millia passuum, emenso, ea, qua à Subsolano per Boream, stue ab ortu per Septentrionem, montis parte vergitur ad Faouium, in Occasum, varia, atque multiformis praestenditur Ætnæ facies, semiberbosis existentibus locis, (et) assur-*

assurgentibus quoque perpetuis, frequētibusque tophis, nigerrimisque, & porosis saxis, quandoque subrubris, & glareosis, ut in calcibus videri diximus. Quæ furentे incendio, montis plagas turpiter occuparunt, prospectu tamen in insulam amaniori, regio hæc alias totius Ætnæ ambitus partes, specieque superat. Reliquæ enim ambitus huius partes, præruptis, fragosisque rupibus, & obliquis adeo fluxibus, sunt deturpatæ, ut horren- dum mirantibus præbeant spectaculum, modo hiaticibus, modo impendentibus ripis, cuncta (qua mons in ima de- scendit) deformantibus iuga, colles, fundos, & arua.

Hæc enim uero tertia montis ora, è vulturni regio- ne, ingentem, profundamque habet in latere vallem. Cuius pars superior (à forma) asini dorsum, & à ple- risque Leonis Taghara Sarracenice, nuncupatur, sem- per niuibus candens. Hinc quoque Occidentem verfus ad Aquilonem, tumulus est quidam orbicularis, conca à figura, appellatus. Inde que non multum à longè tu- mulus alter conspicitur in eadem plaga, in pyramidem penè eretus: qui frumenti mons ab accolis dicitur. In- ter utrumque vero parum acclivis vallecula desidet: qua libentius, minorique equitantium incommodo, ad ultimum montis Ætnæ acceditur fastigium: ubi ma- ximus, & ardens crater cunctis formidolosus existit. Namque etiam equis ad montem accedi potest.

Post hanc, que mille circiter passuum tractu pro- tenditur, alia paruula succedit vallis arenosa valde,

G ascensu

Afini dor-  
sum.  
Taghara  
Leonis.

Mons fru-  
menti.

ornazzo.  
ampi are-  
rum Et-  
ei.

ascensu longè difficultior, ubi lacus, sive stagnum Gor-  
narazzo ab Etnae dictum, is locus est enim in vallecula  
niibus utrinque concreta; quis tribus diei horis, iuxta  
Solstitium aestivum, aquarum frigidissimarum uberrimi-  
mus cernitur. Quæ has extra horas, in glaciem maxi-  
mè congelantur: ita & non gutta quidem inueniri pos-  
sit. Hinc ad asini dorsum, Orientem versus, inde quo  
ad Occidentem, lati quidem campi exilium, at barumque  
arenarum, in longitudinem quoque protensi, in herbidi,  
nudique conspicuntur. Qui propterea huic regioni Ne-  
etorum, aut scopotorum (ut diximus) nomen indide-  
re. Et verè sunt glabretæ, sive phalachræ. Sub qui-  
bus ingentem niuum congeriem summè congelatarum;  
ventis ibi sèpe furentibus, illasque inuolentibus, mi-  
stam arenis consistere aperte constat. Quæ in crystal-  
lum tchementiori gelu contractione, facillime tendunt.  
Per hos igitur arenarum campos, per quos equis quo-  
que conficitur iter, ad locum usque saxis circumspectum  
quendam, à supremo montis vertice, mille quasi passi-  
bus remotum, difficilior est ascensus; quamvis acclivi-  
sit parum, aut nihil. Quippe, quæ tres superambu-  
lantium passus in unum; vel alterum vix resoluuntur.  
Segniter enim, testudineoque (ut aiunt) passu,  
est eundum. Nam degrauantibus vel equis, vel via-  
toribus arenam, tardissimus fit incessus, quinimo retro  
gradus. Hoc tandem emenso spatio, in alium montis  
tractum peruenitur, mille circiter passuum latitudinis;  
usque

usque in craterem maximum, summumque montis apicem, qui ascensu difficilimus est, salebris, & in grossiores, acutissimosque calculos disternatis tophis fragosis illis, quos ignitos admiranda mons ipse eructatione, eiecit, pedes retardantibus, atque exedentibus: qui & si recentioribus, nouisque, atque reiteratis tegerentur calciamentis, scabris tamen illis tophis, & saxis nimium offenduntur, ceu si lima ascendentium calcei exederentur ferrea; aut si in culinarium instrumentum, quo foraminato caseus minutatim disteritur, Graece Tyrocnestis fortitum nomen, manus perducerentur. Quo factum est, ut sodalis quidam noster, dum illac simul teneremus iter, iocose tophos illos salebrasque Tyrocnestes appellauerit, Calippum imitatus, qui Syracusis amissis, dum Catina potiretur, ut Plutarchus in Dione refert, scribitur dixisse, Tyrocnestim pro ciuitate habeo. Atque Mulciberis (cui mons sacer ipse fuit) culinaria instrumenta, casei distendendi gratia, quam facilius dixerit.

Ceterum locus iste saxis circunseptus, multo cingitur ambitu. Sed per duas, aut tres sui ipsius angustias, adeuntibus aditum praebet. ubi ad primum loci huius ingressum, lapis est, nec omnibus notus, in cuius concauo alueo, suis horis (ut dictum est) aqua reperitur frigidissima, maximeque nitens.

Hinc non longè abest fragmentum quoddam lateritium, antiquitatis vestigium, testudinatum: Turris

Turris Philosophi.  
Empedoclis hospitium.

Empedoclis mors.

Philosophi nomenclatum à Siculis, quod speculanti naturae abdita Agrigentino Empedocli hospitium (ut plerique putant) præbuerit. Qui tandem immortalitatis numen acquisitum se existimans, furente Aetna, in craterem sese immergit, ut communis Scriptorum schola testatur, unde Horat. in Poet.

— Siculique poetæ

Narrabo interitum, Deus immortalis haberi  
Dum cupit Empedocles, ardente frigidus Aetnam  
Infiluit: si ius, licentque perire poetis.

Sed an tibi fuisset Vulcani templum flamma circumseptum incensu[m] inextinguibili, à canibus custoditum, nobis incertum est. Ad quod eos qui castè accessissent blandiçys canes allectabant, impuros vero latratibus, mordicusque arcebant. Quod apud superstitiones gentiles illos, diuinitus putabatur euenire. ut Rodig. xx. testatur libro. Quod etiam refert Author quidam primo de Animal. libro dum de Canibus custodiae differit. Quin etiam Pausanias tertio libro refert. Gentiles illos in captandis negotiorum augurij, argentea, aurea, & ijs preciosiora, si qua haberent, wasa in flamas illas proiecisse assuetos: & demonis opera (ut Christianos affirmare decet) si bonum, absorbebantur in imum baratrum: si vero infaustum erat oraculum, ab eisdem violenter eiectabantur in altum per strepitosus flammis.

In hoc denique vetustatis monumento, pernoctare plerunque solent ij, qui maximum visuri craterem in vulti-

Vulcani templum mirabile.

Oraculum entium in Etna.

ocus i quo  
slet pnocta  
visuri Aet  
z craterē.

ultimum Aetna fastigium tendunt; ignibus tamen magna lignorum secum apportatorum strue, unde accensis. Quippe quod altius noctu, post Solis occasum, homines posse consistere, ni occidant, impossibile profecto censetur, maximum ob frigus regionis huiusc tertiæ.

Si quis ergo per hunc tractum accessus difficilimum, ad montis apicem, maximumque hiatum ire cupit, pedibus propè reptare, segnique passu incedere necessario cogitur. Arduus namque, et asperimus per ardua hic callis est, immenso, et non sfernendo utique labore superandus. Quoniam degrauantibus pedes viatorum corporibus, calculi et salebrae haud modicam inferunt calcantibus molestiam. Nam dum ascendentes pedetentim reptauerint, amota altero congeries tota illa glareosa deuoluitur in alterum pedem, et in eos aceruatim corruit. Quo fit, ut si etiam in plano (si quod fortè hic esset) ceciderint, scabrie sua maxime laedunt, manusque offendunt: quod mihi sane duriore corio pedes, et tibias ocreato, ac manibus chirothecatis per crepidines, verticisque extremitates inter reptandum (ut ita dixerim) saxe contigit.

Isto demum emenso tractu prærupti ascensus, ad supremum montis fastigium peruenitur, ubi duo sunt illi crateres, de quibus satis dictum est supra.

Ad quod alio quidem tempore non datur commodus accessus, nisi ab Augusti duodecimo calendas, ad quartum idus eiusdem, eoque prius, aut posterius, quo temporis

Callis asper  
rimus ad A  
et fastigium.

Quo temp  
re acceden  
dū est ad A  
et vertice.

*Musca nō re  
mant in Etna.  
Etna niuiū  
utrix.*

poris qualitas, temperiesque patiatur; propter frequentes, ingentesque niues, ibi quoquo tempore plerumque ningentes, atque continuas, perpetuasque glacies, gelu, & frigora quoque immensa; quae bac in regione aſſidue iſiſtunt. Unde nec musca quidem ibi coſiſtit. Quimmo nec cunquam pluit aqua in ea, ut Etnai per omnes montis oras ſepiſſime conuertantes, affirmant; ſed feruentiori etiam aſtatis tempore grandinat, ac ningit. Vnde ſcītē Pindarum Etnam niuium nutricem appellaſſe legimus.

*Calor & fri-  
guis in Etna  
compatiūtur  
unter ſe.*

Verum enim uero illud eſt, quod hominum animos non parua admiratione ſuſpendit, concutitque; quod quamuis (ut Solinus ait, & res ipsa apertius indicat) vastis Etna exundet incendijs, perpetua tamen verticis canicie, brumalem detinet aſpectum. Itaque inuitata in utroque natura violentia, nec calor frigore mitigatur, nec frigus calore diſſoluitur. Vnde Etna hoc diſtichon conuenit.

Dum mea continuis vruntur viscera flammis,  
Vruntur cano cætera membra gelu.

In cuius ſententiam Franciſcum Petrarchā in aliud propositum ceciniffe legimus,

Dentro pur fuoco, & fuor candida neve.

Et quamquam aſtiuis ut plurimum temporibus, montis plaga, quam ſcopertorum vocabulo nuncupari diximus, arenosam potius, quam niuosam faciem oſtendat, Nix tamen in ea, nunquam deficit; quippe quae obvenitorum

torum debacchantium vim, qui omnia subuoluunt, arenis contegitur, illisque inuoluta permistim summè congelatur. Quæ ita vehementiori gelu concreta, effossis arenis, scissisque montis arenosis crustis, maximè contracta ubique inuenitur. Quo factum est, ut Illustris quidem Ioannes Michael Spataforæ cognomento, Roccæ ad Randatum Dominus, anno ab hinc quadragesimo ferè in hanc montis plagam cum artificibus se contulerit, tentatus ibi crystallum effodere. Quæ cum sit gemma quædam candida, & perlucida satis, ita dicitur ab eo, quod gelu contrahitur, ut Plinius afferit. Nec alibi reperitur crystallum, nisi ubi maxime hybernæ rigent nives, glaciemque esse constat. Et nisi furentibus plus satis ventis, ab eorum potentissima flandi peruvicia, atque à grandinibus, que sexto tunc Augusti calendas, satis largiter usque ad fimbrias montis descendenterunt, penitus maxima eorum iactura, arcerentur, experimentum certo certius reportassent absolutum.

Nix & gel  
in Aetna pe  
petua.

Crystallum  
quid sit.

Glacies con  
uertitur in  
crystallum.

Hinc igitur euenit, ut eructante Aetna maximo strepitū, subitoque furore: aliquibus in locis, in quibus nix ipsa profunditus arenis commissa summè congelata, (ubi cutis telluris incrustata consistit) conuersa in glaciem saxis duriorē, subsifit: eodem fermè temporis momento, unico furentis ignis ictu, telluris eruptione, excrementa montis ignita, & niuis summi pere contractæ fragmenta (crusta niualis cutis, arenis inuoluta scilicet) permistim visa sunt per aera conuolares;

Solini locus  
nucleatus.

re; & sic mis̄tim in terram simul cadere. Qua de re ple-  
riique (inter quos Solinus unus) scriptum posteris re-  
liquere, ceu miraculum quoddam: Ætnam in illa fer-  
uentis naturæ peruvacia, mis̄tas ignibus niues profer-  
re, perinde ac contra naturæ ius omne, si nix cum igne  
simul, in montis viscib⁹ nutririatur: nullam (uti  
reor) de proxime enarratis, veram habentes instruc-  
tionem. Nec prætereundum existimo, Ætneum crate-  
rem maximum, plures etiam naturæ sanè abditorum  
ignaros, ob perpetuos feruores, ignium fragores, & flam-  
marum strepores, inferni esse voraginem censuisse.

## F I N I S.





# INDEX ALPHABETICO ORDINE DIGESTVS EORVM QVÆ IN HOC OPVSCVL<sup>O</sup> CONTINENTVR.



## A

CESINES flui-	Aetna amaritas.	7
nus. car. 5	Aetna antra.	39
Adernio oppi-	Aetna apex.	7
dum. 5	Aetna aquæ.	45
Adranum. 5	Aetna arbores.	16
Aetna & Vul-	Aetna barracca.	40
canus commu-	Aetna berberi.	47
tuantur sibi ignes.	Aetna campi arenarum.	50
Aetna mons notissimus.	Aetna crateres diuersi.	12
Aetna mulier. Iouis amica.	Aetna depresso.	8.17
Aetna nivium nutrix.	Aetna diuisio.	34
Aetna putatur os inferni.	Aetna eruptio.	9
Aetna subsidet.	Aetna facies multiformis.	48
Aetna unde dicatur.	Aetna fæcunditas.	46
Aetna altitudo.	Aetna fines.	4
Aetna ambitus.	Aetna figura.	4

H Aetna

I N D E X.

<i>Aetna forma.</i>	4	<i>Arenarum campi Aetnei.</i>	50
<i>Aetna frigida &amp; calor compatiuntur inter se.</i>	54	<i>Arethusa fons falsescit.</i>	32
<i>Aetna gelu perpetuum.</i>	54	<i>Asini dorsum.</i>	49
<i>Aetna glacies convertitur in crystallum.</i>	54	<i>Authoris ara in Aetna.</i>	22
<i>Aetna hiatus. vide Crateres</i>			
<i>Aetna incendiū diversa.</i>	17		
<i>Aetna latitudo.</i>	4	<b>B</b> ARRACCÀ <i>Aetna</i>	
<i>Aetna longitudo.</i>	12	<b>B</b> quid.	40
<i>Aetna magnitudo.</i>	16	<b>B</b> Bartholomeus Monsonus	
<i>Aetna mons.</i>	2	desert velum diue Agathæ con-	
<i>Aetna niues perpetuae.</i>	54	tra ignis profluum.	14
<i>Aetna niues summi peregrinat.</i>		<i>Bembis</i> scripsit <i>Dialogum de Aet-</i>	
	55	na.	27
<i>Aetna oppida.</i>	4	<i>Berberi.</i>	47
<i>Aetna os inferni dicta.</i>	9	<i>Bitumen.</i>	23
<i>Aetna prospectus.</i>	8	<i>Brontis pagus.</i>	5
<i>Aetna regio prima.</i>	34		
<i>Aetna regio secunda.</i>	35		
<i>Aetna regio tertia.</i>	46		
<i>Aetna situs.</i>	4	<b>C</b> ALOR & frigus in	
<i>Aetnæ campi feracissimi.</i>	5	<b>C</b> Aetna compatiuntur	
<i>Aetnæ incendiū materia.</i>	12	inter se.	54
<i>Altitudo Aetnae.</i>	5		
<i>Alumen.</i>	23	<i>Callis asperrimus ad Aetna fasti-</i>	
<i>Ambitus Aetnae.</i>	5	<i>gium.</i>	53
<i>Amanitas Aetnae.</i>	7	<i>Campi Aetnæ feracissimi.</i>	5
<i>Ampliatio hiatus Aetnae.</i>	17.22	<i>Campi arenarum in Aetna.</i>	50
<i>Antra Aetnæ.</i>	39	<i>Cantara fluuios.</i>	5
<i>Antrum barracca veteris.</i>	40	<i>Carduus Siculus.</i>	47
<i>Antrum montis dulcis.</i>	43	<i>Castroianni oppidum.</i>	4
<i>Antrum palumba.</i>	41	<i>Catalana pix.</i>	38
<i>Antrum ulni.</i>	41	<i>Catina ciuitas.</i>	8
<i>Apex Aetnae.</i>	7	<i>Catina terramotu subuersa.</i>	30.
<i>Aqua Aetnæ.</i>	45	32	
<i>Ara authoris in Aetna.</i>	22	<i>Catinenses efficiuntur fideles Chri-</i>	
<i>Arbores Aetnæ.</i>	6	<i>stiani.</i>	31

Ca.

# INDEX.

<i>Catinensium timor.</i>	10
<i>Cauerua montis dulcis.</i>	43
<i>Cauerne Aetnae. vide, Antra.</i>	
<i>Causa incendiorum.</i>	24
<i>Cereris templum.</i>	4
<i>Cerrita.</i>	46
<i>Collabassa.</i>	46
<i>Collecta.</i>	41
<i>Corleonis oppidi ruina.</i>	16
<i>Crater ad Euronotum.</i>	12
<i>Crater vetustus Aetna.</i>	8
<i>Crateres Aetnai diversi.</i>	12
<i>Crateris maximi ampliatio.</i>	17.
	22
<i>Crateris magnitudo.</i>	19
<i>Crater maximus Aetna censematur os inferni.</i>	9. 56
<i>Crystallum quod sit, &amp; ubi sit.</i>	55
<i>Cursus incendiij.</i>	13

## AS. D

<b>D</b> EPRESSIO <i>Aetna.</i>	8.17
<i>Dies incendiij.</i>	10
<i>Diuisio montis Aetnae.</i>	34
<i>Dorsum asini in Aetna.</i>	49

## AS. E

<b>E</b> MPEDOC LIS hospitiū in <i>Aetna.</i>	52
<i>Empedoclis mors.</i>	52
<i>Enna oppidum.</i>	4
<i>Enna Sicilia umbilicus.</i>	33

## AS. F

<b>F</b> ACIES <i>Aetna multi-</i> <i>formis.</i>	48
<i>Falda Mongibelli.</i>	35
<i>Fastigium Aetna.</i>	6
<i>Fecunditas Aetna.</i>	46
<i>Figura Aetna.</i>	4
<i>Fimbria Aetna.</i>	35
<i>Fines Aetna.</i>	4
<i>Fluij quattuor incendiorum.</i>	33
<i>Fluuius cantara.</i>	5
<i>Fluuius Catine.</i>	4
<i>Fluuius Igneus.</i>	12
<i>Forma Aetna.</i>	4
<i>Fornax intra craterem maximum</i> <i>Aetnae.</i>	21
<i>Francisci Nigri mors.</i>	15
<i>Fratres Py.</i>	28
<i>Frigus Aetneum.</i>	21
<i>Frigus &amp; calor in Aetna compa-</i> <i>tiuntur inter se.</i>	54
<i>Fumi Aetnai cogeries.</i>	16

## AS. G

<b>G</b> EV perpetuum in <i>Aet-</i> <i>na.</i>	54
<i>Glabreta quid.</i>	47
<i>Glacies Aetnae conuertitur in cry-</i> <i>stallum.</i>	55
<i>Glarea quid.</i>	34
<i>Gornazzo.</i>	50
<i>Grimpia diue Agathae.</i>	14.31

H 2 HIA-

**H**

**L**ATVS Aetna. vide,  
Crateres.

**I**

**A**RRETEA. Catania. 5  
Incendia Aetne. 8. 15  
Incendia perpetua. 26  
Incendiorum causa. 24  
Incendiorum Actae matres. 12  
Incendiorum Aetna recollectio. 27  
Insula deliciarum. 27  
Juniperi frutices. 47

**L**

**A**PIDES. magui in Aet-  
ne vertice. 19  
Latitudo Aetnae. 4  
Leonis Taghara. 42  
Leontium oppidum terremotu sub-  
uersum. 32  
Linguagrassa olim pagus. 36  
Loca maritima terremotibus subie-  
cta. 24  
Loca profluvio Aetnae ignis com-  
busa. 13  
Locus Piorum. 28  
Locus Solini enucleatus. 56  
Locus ubi accedentes ad Aetna fa-  
stigium pernoctare solent. 52  
Longitudo Aetna. 4  
Lucy qui se fecit Aetna filium fa-

cinus & pena. 3  
Liparis incendium mirum. 30

**M**

**A**DONIA mons. 41  
Manisi qui dicantur. 37  
Mare ignem suo confli-  
ctu in terra visceribus elidit. 25  
Mare Messanam abluit. 33  
Mare terram exedit. 24  
Materies incendi Aetnei. 12  
Milo fons. 46  
Miraculum veli diue Agathae. 14  
Mongibelli ethimologia. 3  
Mompileri pagus ruit. 13  
Mons bellus. 3  
Mons dulcis. 42  
Mons frumenti. 49  
Montes arsi. 39  
Mors Empedoclis. 52  
Mors Francisci Nigris. 15  
Mulciber Vulcanus. 3  
Muscae in vacuine Aetna non re-  
gnant. 54

**N**

**A**TVRALIA humo-  
re, & calore generan-  
tur. 26  
Nebrodis mons. 41  
Nicolaus Nicofinus. 10  
Nicolosi villa ruit. 13  
Nix perpetua in Aetna. 55  
Nomina Aetnae. 3

OBSCV-

INDEX XI

**O**

<b>N</b> OM BSCVRITATIS expul-	
sio.	16
<b>O</b> ppida Aetnae.	4
Oraculum Gentilium in e Aetna.	
	52

**R**

<b>R</b> ANDATIVM.	5
Resma.	6.36
<b>R</b> upis Musarra eruptio	
incendiij.	33

**P**

<b>P</b> HALACRAE quid.	47
Philosophi Turris.	52
Picis conficiundæ modus.	
36	
Picis species.	38
Pix Græca.	38
Pix Catalana.	38
Pisselæum.	38
Pix viscosa.	38
Pij fratres eorumque historia.	28
Planicies in vertice Aetnae.	17
Platani.	5
Porta Stefichori.	10.29
Prima Aetna regio.	34.35
Probatio per experientiam.	17
Profunditas crateris Aetnae.	20
Prospectus ex Aetna.	8

**S**

<b>S</b> CIARA Aetnae.	34
Secunda Aetna regio.	35
Sepulchrum Stefichori.	
29	
Sicilia pyramidalis.	4
Sicilia quondam continens in insu-	
lam directa.	23
Sicilia unde dicatur.	23
Solini locus enucleatus.	56
Solis obductio.	16
Specus Aetnae. vide, Antra.	
Specus montis dulcis.	43
Specus ulmi.	41
Species picis.	38
Stephanus Bolanus theologus exi-	
mius.	10
Stefichori porta.	10.29
Stefichori sepulchrum.	29
Sulfur quid sit.	23

**Q**

<b>Q</b> uo tempore accedendum	
est ad Aetna apicem.	
53	

**T**

<b>T</b> AGHARA leonis.	49
Tainus fons commutatus.	
33	
	Teda.

I N D E X.

<i>Teda.</i>	6.37	<i>Turris Philosophi in Aetna.</i>	52
<i>Templum Vulcani mirabile.</i>	52	<i>Tyrocnestis.</i>	51
<i>Terebenthina.</i>	6		
<i>Teria fluminis.</i>	4		
<i>Terra sui ipsius generativa.</i>	27		
<i>Terremotus.</i>	8.15.32	<i>LMI species.</i>	41
<i>Tertia Aetna regio.</i>	46	<i>Vulcanus mulciber.</i>	3
<i>Timor Catinensium.</i>	10	<i>Vulcani templum mirabile.</i>	52
<i>Triatum, hodie Randatum.</i>	5		

F I N I S.



